sit machometꝰ gloriā porcorū et asinorum.
vt videbitur. li. iiij. sȝ solis xp̄ianis deꝰ ꝓmi
sit gloriā suā. qđ pulcerrime declarat sanctꝰ.
Vincētꝰ in quodā sermōe ꝑ similitudinem
regis habētis vnicā filiā dilectissimā q̇ con
duxit tres seruos. vni ꝓmisit optimā ꝓmissi
onē. alteri xij. aureos pluresq; pecunias: ter
cio vero ꝓmisit filiā cū regno si bene sibi s-
uiret. Modo queritur cui istoꝝ debeᵗ filia
regis. et quis poterit legittime eā petere cer-
tū ē ꝙ nec primꝰ nec secūdꝰ sȝ terciꝰ ex ꝓmis-
sione licet nō sit dignꝰ eā habere. tamē quia
sibi ex ꝓmisit pōt eā petere. Ita ī ꝓposito.
iste rex nobilis ē ille de quo Apo c. xix. Rex

regū et dn̄s dominantiū. et vocabiᵗ nomen
eiꝰ verbū dei. filia pulcra quā hȝ est gloria
celestis ita ē pulcra ꝫm Aug. ꝙ si ibi liceret
stare nisi vnius diei mora innumerabiles ā
ni huiꝰ vite pleni delitijs cōtēnerentur. Iste
rex cōduxit tres seruos. s. populos. Primo
populū iudaicum in exitu egypti et in mōte
synai Moyses fuit cursor et notariꝰ huiꝰ cō-
ductoris. et isti populo ꝓmisit ꝓmissionem
ecce quid dicit instrumētū si in preceptis me
is ābulaueritis: et mandata mea custodieri
tis dabo vobis et cetera. Leuit. xxvi. et Deu-
tro. xviij. vbi nihil explicatur nisi promissio
bonorū tp̄aliū vide ibi. Qn̄ ergo iudeꝰ mo-
ritur lȝ seruauerit legem Moysi totaliter. et
vixerit in illa sanctissime si dici pōt non pōt
a deo petere gloriā paradisi. qꝛ responderet
sibi deꝰ. O miser tu petis filiā meā. et nun-
quid nō solui iā tibi qđ ꝓmisi. et sic cōseq̄n
ter proijatur iudeus in infernū. Tercio con
duxit agarenorū. Et licet vnꝰ agarenꝰ vixe-
rit hic beatissime. et fuit misericors. castꝰ et
cetera non poterit in morte sua petere filiam
summi regis. Videamꝰ pactū ꝙ fecit deꝰ cū
eis. Ipsi enim descendunt ab abraham per
Ismahelē filiū eius. et ideo dicūtur Isma-
helite et per Agar āncillā. ideo dicūtur agare
ni Iudei vō descēdūt ab Abrahā ꝑ saraȝ.
ideo debēt dici saraceni. Ismaheli patri Is
mahelitarū promisit deus dicens abrahe:
Super hismahel q̄ȝ audiui te. Ecce benedi-
cam ei et augebo eum valde. xij. duces gene
rabit. ecce. xij floreni et faciem illum crescer̄
in gentē magnam. Ge. xvij. Ista promissio
est iam impleta. vt pȝ. Ge. xxvi. vbi nominā
tur illi. xij. duces Quādo ergo ille agarenus
moritur si voluerit petere gloriā paradisi re-
spondebitur ei vt iudeo et sic proijcitur in in
fernum Modo videamus quid promisit po
pulo cristiano non bona temporalia imo di
cit ꝙ despiciamꝰ illa. et vult ꝙ habeamꝰ hic
labores infirmitates et miserias. Sed si be
ne seruiuimus sibi promittit nobis dare fi-
liam suam cum regno suo quatuor euange
liste quasi quatuor notarij fecerunt de ista ꝓ
missione instrumentum. Testes sunt. xij. ap
postoli. et. lxxij. discipuli ecce clausula istru-
menti. Quicūq; fecerit voluntatem prīs mei
qui in celis est ipse intrabit in regnū celoꝝ
Mat. vij. et ideo quando xp̄ianus vixit se-
cundum voluntatem dei ī patiā et bōa vita

moritur. Dicit sibi xps: quid vis respondet. Domine ego seruiui vobis vellem hereditatem quã mihi pmisistis. Respice instrumtum licet non sim dign' peto gloriã paradisi. tunc xpus dat promissum .s. gloriam suã. Ecce ergo qualiter nullus põt habere hereditatem glorie paradisi nisi solus populus xpianus qr istũ populũ elegit deus vt daret filiam suam cũ regno. vnde dicit Isa.li. Audite me qui sequimini quod iustũ est et q̃ritis dñm. Attẽdite ad petrã vnd excisi estis scz ad xpm a quo xpiani et cauernã laci d q̃ precisi estis. hec ẽ cauerna vulneris lateris. Attẽdite ad abrahã patrem vestrũ per fidẽ et ad sarã que peperit vos. quia ad vnũ vocaui eũ .s. ad pactũ promissionis filie et benedixi et multiplicaui eũ. Quarto ostendit dignitas xpiane religionis .s. eẽ filium dei et heredem ex angelico testimonio qr intelligens angelus predictam excellentiã non sustinuit a Johanne adorari. Apocal.xix. ait eni Johã. Cecidi ad pedes angeli vt adorarem eum et dixit mihi vide ne feceris. conseruus enim tuus sum et fratrum tuorũ habentium testimonium ihesu deum adora. Cecidit Johãnes ad pedes angeli vt adoraret eum, non tamẽ sicut creatura creatorez sed sicut seruus vehementer ac cũ seruili subiectione honorat dominum suum creatum. Nempe angelus in veteri testamento sustiebat sic se ab homine adorari. quod tamen non sustinere hic. imo manifeste prohibere videtur propterea sequitur. et dixit mihi. vide ne feceris scz taliter reuerentiam mihi. Cuius causam subdit dicens. Conseruus tuus sum .i. tecum. et sicut tu sum seruus eiusdem dei et domini ihesu christi. Et ne credatur q respectu solius Johãnis propter singularem preexcellentiam eius hic diceret et non de omnibus xpianis qui xpi sunt serui. ideo subdit. et fratrum tuorum habentium testimonium ihũ xpi .i. qui perfecto corde confitentur ac testificantur ihesum cristũ esse verum deum et dominum vniuersorũz atq; hominum redemptorem et saluatorez. Et ideo merito fideles xpiani cõfitentur ihesum xpm verum filium dei cuius sunt filij per gratie adoptionẽ. qui tam charã matrẽ dedit eis et tam excellentẽ hereditatẽ pmisit et conseruos eorum angelos fecit. Et sic patet ex predictis .v. articulis excellẽtia fidei catholice ac etiam religionis xpiane. Qd lex moysi cessauit esse lex.



Sextus et vltimus articulus est q lex moysi iã nõ ẽ lex. sz q cessauit esse lex. Hoc ẽt cedit ad ostendendũ maiorẽ excellẽtiã legis noue siue fidei cristiane vt ipsa sola iã dicat lex dei. In presenti articulo erũt quatuor pũcta principalia. Primũ erit oñdere quõ iudei iã non habẽt legẽ. Scd's erit oñdere qũo ppter argũtationẽ qua vtũtur iudei sp sunt in maiori ira dei et abhoĩatione. Tercius erit oñdere qũo oĩa in figura cõtingebãt illis. Quartus erit ostẽdere q̃cũq; erãt scripta de messia venturo impleta fuerunt i xpo ihũ saluatore nostro. ¶ Circa primũ pũctũ notandũ q ratõ fundamẽtalis quare iudei nõ habẽt aliquã legez et quare cessauit ea que primo dicebatur sua. et que erat lex dei quã nõ solũ licitũ erat non soluere sed ad obseruandã eã obligabant. et iam nõ sunt obligati ad seruãdũ imo obligãtur ad nõ seruandũz. qr cessauit esse lex dei pdita virtute que prio in ea erat q̃ ido pdita fuit. qr facta fuit mutatio i substãtia et natura veritatis quam significabat scriptura. qd declaratur septẽ passib'. Quorum prim' est q lex iudeorũ preter ea ad q̃ prio obligabantur ipsi et omnes alij homines per legem nature scriptã non in tabulis lapideis nec cartis papiri vel pgameni .ij. Cor.iij. sed vt homo nõ excusat ab ei' obseruatione scripta in cordib' vsq; ad illud tempus erãt certa mãdata per que regi debebãt vsq; ad aduẽtũ messie qr ad hec mandata ñ erãt obligati alij homines quorũz durante lege moysi multi fuerũt salui seruãdo legez nature sed fuerũt obligati iudei de quorum semine erat nasciturus messias quẽ audire debebant sicut moysen Deut.xviij. et i quo debebat eẽ bñdictio omniũ gentiũ. Gen.xij. que ẽt debebat dare testamẽtũ nouũ non simile testamento priori. Hiere.xxxi. Itẽ qui debebat esse dux et preceptor gentium ordinatus per deum qui eẽt lux earum. Esa.xlij. Secũd' passus depẽdens a primo est q lex moysi principaliter attendebat aduẽtũ messie rõne cuius elegit deus iudeos pro seipso populum peculiarẽ et dedit ei legem mandata et sacramenta vsq; ad tempus correctionis posita et ordiata. ad hebre.ix. Item se

cit pro eis multa miracula. que et alia mul
ta non fecit nationibꝰ gentium. sed permi-
sit ꝙ regerentur gentes ꝑ suum liberum ar-
bitrium ſm ꝙ eis videretur. Tercius passꝰ ē
ꝙ qn̄ talem diuisionē fecit deus scꝫ iu. eorū
et gētilium habentem principium in persōa
abrahe duo fecit: primo obligauit se. secun-
do dedit signū principale. fuit obligatio ꝙ
deus fecit abrahe et alijs patribꝰ ꝙ de semi
ne eorū nascereť messias qui eos d̄ebat do
cere et dirigere eorū opera et eos redimeř et
in sua gratia exaltare super omnes gentes q̄
non crederent in eū. Secūdo vt esset notifi-
cata differentia huiꝰ populi peculiaris ab
omnibus alij que propria differentia esset
principaliter et staret i fide. ꝙ de semie abra
he d̄eberet nasci saluator mūdi quod alij po
puli exquo eis non erat dictū non credebāt
quia ad Romanos. x. fides est ex auditu
credendo id quod aliquis audit ꝓpter auc-
toritatem dicentis intelligendo ꝙ talis est
verax et potens facere quod dicit. Hec fides
cum sit virtus non corporis sed anime per
seipsam non apparens extra dedit deꝰ abra
he circuncisionem in signum ꝙ illi in quibꝰ
esset crederent aduentum messie sic ꝙ secun-
dum ꝙ res prius est q̄ signum eius. prius
intelligebatur esse fidem in populo iudeoꝝ
et consequenter circuncisio sicut signum fidei
secundum ꝙ legitur de abraham. Ge. xv. ꝙ
primo credidit misteriū et postea fuit ei da-
ta circuncisio signum iusticie magne fidei. qn̄
cōtra totā naturā credidit verbis dei Gene.
xviij. ꝙ sara haberet filium de cuius semie
nasceretur ille qui esset benedictio gentium
propter quod abraham dictus fuit pater n̄
solum iudeorum sed multarum gentium
Quartus passus est ꝙ ad significandū my-
steria grē pertinentia messie qn̄o habebat.
eos redimere sustinēdo mortē et dando eis
grām suā fuerūt ordinata sacrificia et mul
te ceremonie siue per moysen. siue per dauid
et Salomonē stabilite. Sed et de aduentu
messie et de tp̄e in quo haberet eē. et de ope-
ribus q̄ haberet facere et de alijs rebus que
in tempore debebant accidere non solū mo
yses sed etiam oēs prophete locuti sunt ex
pte dei. ¶ Quintus passus ex precedentibꝰ
pendens est ꝙ circuncisio et lex moysi erat si
cut vnum instrumentum obligationis iter
deū et iudeos expresse continens ꝙ deꝰ ha-
bebat implere. et illud quod iudei interea
habebant facere videlicet illud quod ante
legem faciebant Abrahā. Isaac et Jacob
et alij patres sui circuncidere se et filios suos
in signum ꝙ de genere iudeorum messias
haberet eē. Itē et facere sacrificia et ceremo-
nias significātes mysteria messie ꝑtinentia et
ꝙ oēs essēt in spe sui aduentꝰ dispositi ad
recipiēdū suā doctrinā et sua mādata. et sic
fecerūt se dignos ad recipiendū grām quaꝫ
eis habebat dare. sextus passꝰ ē ꝙ ſm ea q̄
dctā sūt lex moysi an̄ aduētū messie erat vna
obligatō plēa et vacua plēa figura et vacua
res eiꝰ plēa ꝓmissiōe et vacua ꝓmisso qꝛ deꝰ
ꝓmiserat et nōdū ipleuerat ſꝫ h̄ebat iplere ꝑ
eū ꝓmissū i aduētu messie et i signū ꝙ illud
h̄ebat iplere sicut dictū ē dedit eis circūcisio
nē et alias cerimonias et sacrificia i legē spe
cificata q̄ oīa exquo erāt mādata seruari sic
signa et figuras illiꝰ qđ h̄ebat eē in aduētu
messie erāt ordinata vt fierēt tp̄e certo ergo
āteq̄ ipleret p̄dictū tp̄s erat i lege virtꝰ obli
gatio facta durās vsq̄ ꝓmissū eēt ipletum.
Vn̄ qꝛ lex erat vacua et plena reqrebat iple
ri illo quo erat vacua et euacuari illo quo e-
rat plena. ſm q̄ ē qđcūq̄ instrm̄ obligatōis
ꝑ qđ aliqs ꝓmittit alteri dare ei vel facere a-
liquod magnū quid talis obligatio ante q̄
impleat promissum est plena et vacua. va-
cua quia non est adhuc datum uel factum
quod promissum est plena spe et virtute qꝛ
talis obligatio dat ius illi cui facta est vt
possit petere et compellere promittētē vt ad
minus cōqueri de eo si in tp̄e qđ assignauit
nō impleuit promissum. ita ꝙ q̄tū ē vacua
promissio tantam est plena spe et veritate et
iure ad petēdum et requirendum obligatuꝫ
vt impleat promissum. Septimꝰ passus est
ꝙ predictis intellectis quicūq̄ potest per se
ipsum cognoscere ꝙ si talis obligatio est ve
ra ꝙ substantia et natura veritatis dato ꝙ
notificetur per scripturam non est in eo qđ ē
intus sed quod principalius est in eo quod
est extra scilicet in actu qui transit quo vnus
se obligauit alteri et in actu futuro qui ē ad
ipleri promissum: q̄tum ad primum actuꝫ
non potest haberi mutatio. quia nec deꝰ cuꝫ
tota sua potestate potest facere quod preteri
tum sit non preteritum. licet potuit facere ꝙ
non transiret. Sed exquo non transiuit et iā
in se ē nihil et ꝙ nō transierit etiam est nihil

Dicere q deus pōt facere q preteritū nō sit preteritum ē tātū sicut dicere q de⁹ ex nihilo facit nihil quod nullū ē possibile. nec pt intelligi quomodo ex nihilo fiat nihil. ¶ Et ideo exquo actus primus obligationis iaz transiuit et ille non potest mutari q̄tum ad talem actum obligatio semper esset uera Sed q2 talis actus fit principaliter propter id quod futurum est. qđ est adipleri promissum si obligatio ē vera vel non attendit ad secūdum quod est finis ipsius videlicet si ē impletum vel non quod fuit promissum q2 in q̄tum non fuerit impletum quia substantia et natura obligationis nō est mutata lz transiuerit tēp⁹ semp manet obligatio ī sua veritate et firmitate. immo plus firmat q̄nto āplius transit de tempore in quo debebat impleri promissum exquo illi cui facta fuerat obligatio accrescit plus de iure et virtute ad illud petēdū. Non sic certissime ē q̄n realiter fuit solutum promissum. q2 stati ipso facto scriptura obligationis cessat esse vera quia iam est mutata substātia et natura veritatis impleto quod in ea primo erat uacuum et euacuato illo quo primo erat plena: Primo enim erat plena iur et virtute ad petendū pmissum et ad faciendum res ordinatas quousqz esset solutum debitum. sz quando est solutū promissum scz qđ postq̄ est solutum non pōt iuste petere sicut primo sic non pōt facere res ordinatas seruari quousqz sit solutum debitum ¶ Et ideo perdita virtute manet vacua iure quo primo erat plena: q2 impletum fuit quod in ea erat uacuū non potentibus stare istis duobus simul. s. q vera obligatio respectu vnius et eiusdem rei sit plena et vacua. Sed quantum impletur ex vna parte tantum euacuatur ex altera vnde si soluitur pars debiti iam deficit sibi pars iuris quod sibi primo pertinebat. nō potens iuste petere siue paucum siue multū quod iam solutum est. Uerūtamen in scriptura obligationis nihil mutatur: quia ipsa stante clausa ī archa nec rasa scriptura nec cācellata nec scripta in spatulis solutione facta per solum actum solutionis mutata substantia perdit veritatem et virtutem suam q̄ primo erat in ea exqua primo erat plena. et sufficit q ille vel alter notarius vel sine notario fideles persōe dent testimonium eē factam solutionem. Et si non esset qui de solutione facta daret testimonium: sufficit testimonium qui est deus cui nihil occultatur propter quod soluto iā debito est falsa illa que prio erat vere obligatio quia fuit facta mutatio in substantia et natura in qua erat principaliter veritas eiusdem ex istis ergo explicatis passibus siue rationibus tam clare sicut sol lucet manifestatur iudeos non habere legem aliquam. exquo est impletum qđ eis per deum fuit promissum. s. aduentus messie. propter quod fuit in ea impletū qđ erat vacuum. et euacuatum illud quo prio erat plena. ¶ Et istis terminis vsus est ihūs xp̄s loquens de ista materia quando dixit nolite cogitare q ego veni soluere legē. vult dicere frangere eam vel facere contra eaz. nō veni soluere eam sed adimplere. Mathe. v. Eisdem verbis vsus est Luce. iiij. quando in synagoga nazareth aperto per eum libro Isaie scriptura que occurrit in aperiendo erat. Spiritus domini super me ad euangelizandum pauperibus misit me et cetera; Isa. lxi. Et cum cedisset et oculi omniuz existentium in synagoga essent intenti ad illud quod diceret dixit Hodie est īpleta ista scriptura in auribus vestris. quia ipsemet erat ille de quo loquebatur Isaias et sic anteq̄ ipse veniret illa scriptura erat vacua. sed quādo missus per spiritum dei predicabat statim fuit plena et completa similiter dixit. ¶ Petro quando volendo eum defendere q non caperent eum iudei abscidit auriculam vnius illorum. An putas quia non possuz rogare patrē meuz et exhibebit mihi plusq̄ xij. legiōnes angelorum. quomodo ergo implebuntur scripture. Math. xxvi. Item tempore quo habuit mori quia nondum erat impletum dictum dauid. psal. lxviij. Et in siti mea potauerunt me aceto; vt adimpleretur cum dixisset Sitio. dederunt ei bibere acetū felle mixtum consequenter dixit: Consummatum est. Job. xix. Et post resurrectioneз suam ostensis manibus et pedibus que fuerant plagata et latere aperto dixit eis. hec sūt verba q̄ locut⁹ sū vobis q̄n erā vobiscū q oportebat ipleri oīa q̄ erāt scripta ī lege moysi et pphis et psalmis đ me. Luce. vlti. Dixerat eis hec anteq̄ vltia vice ascēderet ī ihrlm q implerent scripture. cū pditori traderetur principibus sacerdotum et condemnatus per eos ad mortem ipsi darent eum

gētibus vt flagellarēt eū et crucifigerent et occiderent et ꝙ ipse resurgeret tercia die. Math. xx. Marci. x. et Luce. xviij. Ergo ex quo oēs iste auctoritates sūt ꝙ omnia scripta in lege moysi in ꝓphetis et in psalmis cōplerent et iplerent i morte et in resurrectiōe ihū xpi cū id qđ ē impletū et plenū nō ipleatur manifeste itelligit ꝙ scripture veteris testamēti erāt vacue quousꝗ p seipm eas impleuit ihūs xps. et ꝓpter hoc ipe iuste loquebat qñ discipulis suis dixit. Math. v. ꝙ nō cogitarēt ipm venisse ad soluēdū legē. qz ñ venerat ad faciēdū contra eā sed implendū eā. Plus est ꝙ cecꝰ qui nō intelligit ꝙ ille q̄ soluit illud ad quod erat obligatꝰ ex quo implet obligationē in quo erat vacua ꝙ soluēdo debitū frangit obligationem nec facit ꝯtra eam quando ipe finit complet et perficit finem ad quem obligatio fuerat facta. Sed hoc bene sequitur ꝙ ex quo implet illud soluendo promissum ꝙ facit eam vacuam iuris et virtutis quo illi cui erat facta obligatio primo pertinebat etiam si circa ipm permaneat scriptura obligationis sine mutatione aliqua ꝙtum ad litteram ex quo soluto debito est mutata substantia et natura veritatis que faciebat obligationem primo esse verā. Qui attēde cōsiderare voluerit supradictas rationes clare poterit intelligere ꝙ i iuste vel si dixero insipienter non mentiar. Agareni imponunt fidelibus ihū xpi non esse cristianos quia non se circumcidunt et quia non seruant sabbatum. et quia non faciunt pascha agni sicut fecit ihesus cristus vel quia comedunt carnes porci quod ipse non fecit si probassent ꝙ post ꝙ ipse soluit p eūz promissum ad abraham et alios patres ipe fecit predicta haberent aliquem colorem. sz ꝙ postea non deberet facere etiam si grossissimus esset ingenio quilibet homo illud potest intelligere ꝙ ex quo predicta et alia multa habebant cursum suum anteꝙ promissio esset impleta omnibus contingentibus iudeis in figuram vt infra videbitur. et sic debebant dimittere ea cum veritas veniret. sicut figura imaginis quando est iam depicta et finita cessat. Sic est de figura domus q̄ cessat quando ipsa est facta. Unde quia circuncisio et alia plura in magnum mysteriū per ipsūmet deum erāt data sicut pro pignore quousꝗ esset solutum debitum ipemet q̄ habebat soluere eas seruauit. Sed si pꝰ mortem suam quando dixit. Cōsummatum est Joh. xx. vult tantum dicere iam sunt repleta omnia mysteria ipse seruauerat quod ipse seruauit ātea scilicet ꝙ celebrasset pascha agni ordinatum ipsis iudeis in figuraz sue mortis que habebat fieri et sic de alijs figuris coipso ꝙ dederat intelligi deum non cōpleuisse quod promiserat suis patribus. sanctis patriarchis. regibus et prophetis ꝙ habebat eos redimere et liberare de potestate dyaboli: et cum esset preteritum tempus in quo debebat impleri. quid aliud erat seruare legem moysi sicut prius nisi dare testimonium deum non esse verum. Ex quo in tempore per eum assignato non impleuerat per eum promissum. Et quod plus est cū maior et principalis promissio dei esset ꝙ deꝰ habebat filium suum dare in mortez pro salute illorum et totius mundi cum ipsemet fuisset mortuus dabat vel poterat dare testimonium ꝙ non fuisset mortuus sz ꝙ debebat mori iterum. et ꝙ vna vice vel pluribus ad minus quolibet anno semel sicut summꝰ sacerdos quolibet anno intrabat semel in sancta sanctorum cum sanguine sacrificij: Hebre. ix. figurando sacrificium quod erat multo maioris dignitatis et excellentie cui maiori efficacia et complemento. sanctificāte existentes in peccato ꝙ sanctificaret sanguis hyrcorum et thaurorum que erant pricipalia legis Moysi sacrificia significantia mortem que habebat esse filij dei in cruce ꝓpter salutem totius mundi. ꝙ non pluribus sed vna vice solum semel habebat impleri filio dei existente. vno solo et non multi. Et cum ipse esset homo natus de genere iudeorum et ordinatio est homines semel mori Sic filius solum semel et non pluries debuit mori: Qui si seruauerat sicut prius legē Moysi declarat intelligere ꝙ non erat mortuus sicut a deo patre suo acceperat mandatum. erat iste honor quem ihesus filius virginis et dei debebat patri suo per actus suos dare continue testimonium ꝙ deus pater suus non erat verax. ex quo non impleuerat per ipsum promissum. Altior pro certo in eo erat reuerentia ad patrem quia stando in cruce cum summi sacerdotes et alij homines stantes iudei promittebant ꝙ crederent in eum si descēderet de cruce cōtenendo

gloriam et honorem ei promissũ q2 a patrē acceperat mandatum ponendi aia3 suã moriendo cum esset ei leuius descendere de cruce viu⁹ q̄ꝑ post mortem resurgere de sepulchro factus obediens patri vsq3 ad morte3 voluit p ius implere q̄ꝑ erat iudeis promissum per deum complendo obligationem eis datã et sic dicēte vitatē p̄dicta obligatōe ipler̄ lege moysi ĩ quo erat vacua et faciēdo eam uacuam iure quo erat plena .s. iuris et petitionis que cõpetebat iudeis quousq3 esset impletum promissum quod ius fuerat eis datum cum multa solēnitate qua maior altera esse non põt nec cogitari quando promissum pro se factum confirmauit de⁹ iurando per seipsum cũ non posset intelligi aliquod maius per quod iurasset. vt Gen. xxij. et Exo. xxxiij. sicut homines quando debite et iuste iurant per rem quam cogitãt maiorem esse seipsis uel per rem quã magis amant. Et ideo non potuit dare maiorem firmitatem deus sue promissioni q̄ꝑ iurãdo per seipsum. Et ut intelligeretur ꝙ sine aliq̃ dubitatõe volebat illd̃ iplere sicut primo iurauerat abrahe replicauit iuramentũ faciendo eandem promissionem ipsi dauid cum iuramento firmatam: Et illud quod in hac materia est altissime contemplationis cum deus fecisset multas promissiones iudeis et suis primis patribus addita expresse conditione ꝙ ipse impleret promissa sua si seruarent sua mandata et perseuerassent in suo seruitio. et ꝙ si non facerent non solum nõ daret eis per ipsum promissa. sed ꝙ pugniret eos magnis penis dando eos in potestate suorum inimicorum et ponẽdo eos extra terram promissionis: Sed tamen hanc promissionem benedictionis omnium gentium in semine abrahe ꝙ mitteret messiam ad saluandum eos fecit deus sine conditione Et ulterius ꝙ cũ singularissima deuotõne et firmum intellectu debet considerari ꝙ hec fuit maior promissio quam fecit de⁹ maior dico et sic pro certo affirmo. Fuit eñi magna promissio dei facta iudeis ꝙ liberaret eos a seruitute egypti ꝙ daret eis terram promissionis ꝙ daret eis in bona in ea eis specificata. Uerũtamē he sunt paruissime promissiones in comparatione illius que ĩtelligebatur spiritualis et principalis propter opera eorum uirtuosa et propter obedientiam et obseruantiam suorum mandatorum que erant satis difficilia ꝙ daret ei⁹ p⁹ hanc uitam paradisum gloriam celeste3 in eternum durantem. que promissio licet incomparabiliter sit maior q̄ꝑ omnes alie. ꝙ omnis largitor est maioris excellentie et dignitatis q̄ꝑ suum proprium donum ex quo est dominus eiusdem propter quod quãdo aliquis dat aliquid de suo . ex quo ipse est maior non intelligitur dare seipsum sed qñ dat seipsum intelligitur dare omnia sua. Et ideo promissio paradisi non potest equari promissioni de qua loquimur facte per deũ abrahe et alijs iudeorum patribus . hoc est ꝙ promisit dare seipsum nobis mandato filio suo qui est ipsemet deus facere omnia pertinentia ad salutem nostram. et illius quo non potest dici maior amor ponendo animam suam pro amicis suis. Et sic patiendo morte3 vt nos liberaret a potestate inimici. qua3 super nos habuerat propter peccatũ ad primi patris nostri. Istud tamen sine precio donum uolens deus totum et totaliter impleri expresse reuelauit dauid prophete ꝙ sua promissio et testamentum erat sine aliqua conditione et ꝙ tam firmũ erat et fidele ꝙ prosperum seruaret sua misericordia. Et si filij israel dimitterent legem suam corrumpendo iustitias et nõ seruando mandata sua visitaret peccata eorum in flagellis sed tamen ꝙ nunq̄ꝑ amoueret misericordiam suam nec faceret contra suum datum testamentum nec faceret uerba sua uana et sine effectu. sed ꝙ semper impleret qd̃ fuit per eum promissu3 propter has ergo et alias q̄ꝑplures consideratas rationes nisi si voluerit loqui contra totam rationem nõ potest aliquis dicere ꝙ ihesus cristus post mortem suam per quam deus pater suus impleuerat ꝙ promiserat. ꝙ ipse sicut prius debebat seruare in se legem moysi dando ꝑ suos actus testimonium non esse impletum quod erat implendum. et ꝙ multo maioris attentionis est per suos proprios actus confitendo deum patrem suum. quia non ĩpleuit in tempore assignato promissu3 et iuratum ꝙ erat mendax et periurus. Quis nõ dico hec dicere. sed et solummodo audire pt tam grandem blasphemiam. Quia ergo xp̄o ihũ post mortem suã non fuit cõueniēs seruar̄ legē moysi q2 in ei⁹ obseruatõe facie-

bat magnā offensam et iniuriam: deo patri
suo dando testimonium de eo ex quo nō im
pleuerat promissum non esse veracem. Sed
periurium imaginetur unusquisqꝫ in seipso
si fidelib⁹ ihesu xp̄i liatū ē fuar legē moysi
sicut prius et sic circūcidere se et facere cerimo
nias in lege moysi ordinatas sicut pro pi/
gnore uel diuisa quam debebant ducere in
se iudei quousqꝫ esset impletum illud quod
per deum eis fuerat promissum quid aliud
esset hoc nisi per suos actus continue dar̄ te
stimonium ꝙ non erat adhuc crucifix⁹ ihūs
xp̄us sꝫ ꝙ ad iplendū per deū ꝓmissum de
bebat uenire in mūdum et crucifigi. et tamē
tempus in quo debuit cōpleri promissio di
iam eēt preteritum. sicut dictum est. erat dar̄
testimonium ꝙ ex quo defecerat deus in di
ctis suis non erat uerax sed falsus et periur⁹
Et quis dubitauit ꝙ quicūqꝫ affirmaret ta
lem blasphemiam de deo: ꝙ talis non essꝫ
amicus dei: nec eēt in sua grā sed i suo odio
et inimicitia. et quod nimiū aggrauat non
quotidie semel sed uel septies sicut iusto ac/
cidere pōt ꝙ in vna die cadat septies. ꝓuer.
xxiiij. et totiens resurgat si in tali odio et ira
di eēt cōtinue de nocte et de die per actus su
os et vitam dando testimonium deū i sua
ꝓmissione defecisse: Et sic patet consideratō
prima huius sexti articuli. scꝫ ꝙ iudei iam
non habent legeꝫ. q² lex moysi cessauit post
ꝙ eam xp̄us adimpleuit. De secundo pun/
cto huius articuli qui est quasi correlarium
precedentis notandum ꝙ sicut dictum est
cum tempus promissionis iam sit preteritū
et per ihesum christum impletum qui diceret
adhuc legalia seruanda eē iste esset blasphe
mus et in continua ira dei. et constat ꝙ i ta/
li ira et odio dei sunt certissime. et continue
iudei. cum ipsi sint circumcisi et circumcidant
filios suos soluto debito retinentes pign⁹
quod datum fuit quousqꝫ esset debitum so/
lutum et ducendo eam continue in se pro di
uisa in magna iniuria et offensa dei. sicut si
non obseruasset iuramentum per eum fac/
tum. Sed diceret hic forte iudeus ego liben
ter dimitterē circumcisionem si possem et ac/
ciperem baptismum et sequerer xp̄m sed nō
possum circūcisionem dimittere quia obli/
gat ad perpetuum. quia istud pactum datū
abrahe et semini ei⁹ per deū fuit federe sem/
piterno ut pꝫ. Ge. xvij. ergo cū obliget ad ꝑ/
petuū opꝫ vt illud obseruem. Respondeo
iudeo ꝙ sempiternum nō accipit ꝓ ꝑpetuo
uel eterno sed ꝓ lōgo tpe pꝫ. Exo. xij. vbi ha
betur ꝙ ritus et festiuitas pasche debebat ce
lebrari federe sempiterno tn̄. hiere. xxiij. scri/
bitur Ecce dies ueniūt dicit dn̄s. et non di/
cent ultra uiuit dominꝰ qui eduxit filios isra
hel de terra egypti. et per cōsequēs sequit̄ il
lo tempe vel in illis dieb⁹ non curabitur de
phase. quia istud festū nō erat aliud nisi me
moria liberationis filiorum israhel de ter/
ra egypti Circumcisio licet per longum tem
pus deberet durare. tamē adueniēte xp̄o d
hebat cessare. quia fuit data abrahe ī signū
xp̄i de eo nascituri ut habetur ad Ro. iiij. c:
Modo ita est ꝙ adueniēte signato cessat si
gnum. sicut bibito vino remouetur circulus
qui erat signum vini. Simile est etiam de ꝯ
tractu obligationis sicut late dictum est i ꝑ
cedenti consideratione. quia si sit contractus
obligationis de. x. florenis vsqꝫ ad festum
sancti Johannis uel usqꝫ ad alium determi/
natum terminum solutis illis contractus ē
nullus Simile etiam est de promissione re/
gis facta militi de castro aliquo dando et ī
signum talis promissionis datur sibi anul
lus. quem portet vsqꝫ ad impletionem pro
missi dato castro miles non portabit ampli
us anullū quia nihil aliud significabat ni
si promissionem factam de castro. Item ad
ueniente rege cessant signa et solennitates ꝗ
propter regis aduentum fiebant. Item ad/
ueniente festo cessat vigilia que erat disposi
tio et preparatio ad festuꝫ. ita circūcisio erat
vigilia et preparatio ad aduentum cristi
et ad baptismum quod est maximum festū
Item possessio limitata inter duos termios
non extendit se citra primum nec ultra secū/
dum. sed talis possessio fuit circumcisio limi
tata inter abraham et cristum Gen. xvij. hoc
erit pactum inter me et te. quasi dicat incipi
at in me et non progredietur ultra me. Cla/
rissime ergo ex omnibus supradictis patet
cessatio circumcisionis ergo iudei utētes ea
dem cum hoc sit magna iniuria vt satis dic/
tum est ac si non soluisset promissium pro/
pter hoc sunt in continua ira et odio dei.

¶ Tertius punctus est ostendere quō oīa
ī figura cōtingebāt illis sicut dicit aplꝰs. i.
Cor. x. et addit scripta āt ad correptōꝫ nr̄aꝫ
vbi duo sūt notāda ī ꝑdictis uerbis. Prio

tempus umbre prefiguratum: secundo tem
pus gratie consummatum. primum fuit sb
lege mosayca. secundum est sub lege euāge
lica. primum fuit figurarum secundum gra
tiarum. In primo solum fuit figuratio ac p
hoc imperfectio quia nihil ad perfectum ad
duxit lex ad hebr. vij. In secundo est ueri/
tatis exhibitio ac per hoc perfectio. Unde
uocatur ab apostolo plenitudo tpis ad gal.
iiij. Pro primo ergo dicit apl's oia i figura
contingebant illis. In figura dicit prefignā
te illa que tempore gratie sunt impleta. et be
nediciatur in figura. sicut enī uidemus: q̄ fi
gura cesaris vel herculis etsi sit in se res ali/
qua principaliter tamen signum est cesarem
vel herculē representās. sic et oia q̄ fuerūt fa
cta in veteri testamento fuerunt in se res ali/
que sicut paradisus archa noe. diluuiū. ar
cus celestis. nubes. tabernaculum: tēplum
et huiusmodi. principaliter tamē signa erāt
non quidem rei presentis sicut sunt sacramē
ta noue legis que significant gratiam iā p̄/
sentem: sed fuerunt signa gratie et ueritatis
exhibite in nouo testamento. Jo. i. Lex per
moysen data est. gratia et veritas per ihesuz
xp̄m facta est. Unde possumus dicere d' his
que sūt tēpore grē exhibita illud quod scri/
bitur. Sapie. xiiij. Figura eorum eloquio
allata est. Item sicut illud quod per suaz fi/
guram cognoscitur imperfecte cognoscitur i
tuitiue. quia non uidetur in se sed quasi ab/
stractiue quia cognoscitur in alio puta i sua
imagine. sic et filij israel qui solum figuras
et corticem littere attendebant ea que imple
ta sunt tempore gratie et si aliquo modo cō
gnoscebant impurissime tamen et valde im
perfecte. in signum cuius cū moyses d' mō
te descenderet cornuta et splendida facie nō
potuerunt hebrei claritatem vultus eius a/
spicere et si aliquos radios cernebant uult'
tamen sui claritatem nullatenus attigebāt
Exo. xxxiiij. Et sic iudei solū videbant figu
ram et attēdebant littere corticem. medullā
tamen spiritualis sensus nequaq̄ attinge/
bant et vsq; in hodiernum diem uelamē su
per cor iudeorum positum est ut nō possūt
cognoscere ueritatem: Sed xp̄iani reuelata
facie gloriam domini speculantur sicut di/
cit apostolus. ij. ad Cor. iij. Unde doctor
catholicus figuratur per moysen est enī assū
ptus de aquis baptismalibus de quo dicit
numeri. xij. q̄ non per figuras et enigmata
sed palam deum videt. quod quidem verū
est non tamen simpliciter: quia videmus p
speculum et in enigmate. i. Cor. xiij. sed so
lum respectu iudeorum. Pro secūdo addit
scripta ad correctionem nostram. Primum
enim tempus fuit quodam modo peccata
cōmittendi. Secundum autem est tempus
peccata corrigendi lex enim prohibeat con/
cupiscentiam et sic dando ipsius notitiam
ipsam excitabat. et quoniam sacramenta le
gis non conferebant gratiaz: Ideo per quā
dam occasionem non datam quidem. cum
lex esset sancta et iusta. sed acceptam a iudeis
carnalibus quasi eos impellebat ad peccā
dum: Unde et lex dicebatur lex peccati et
mortis sicut aplus ad Ro. vij. et. viij. Tem
pus autem gratie est tempus peccati corri/
gendi: tum quia pena iudeorum reddit xp̄i/
anos cautiores et quia sacramenta noue le/
gis gratiam conferunt et scriptura euangeli
ca expressius peccata condemnat. Unde et
si d' omni scriptura canonica verum ē quod
dicit apostol'. ij. ad Timo. iij. Omnis scri/
ptura diuinitus inspirata utilis est ad docē
dum ad corrigendum. ad arguendum. ad
erudiendum in iusticia ut sic homo dei per/
fectus ad omne opus bonum instruct' prin
cipaliter tamen uerum est de scriptura euan/
gelica. Hec enim docet fidei ueritatem. ar/
guit mundi uanitatem. corrigit peccati vili/
tatem. erudit precepti equalitatem. Circa p̄
mum iterum sciendum est q̄ in ueteri testa
mento sub figurarum inuolucris prefigura
bantur quatuor que sunt xp̄ianis tempore
gratie reuelata uidelicet credendorum conti
nentia, cauendorum immunditia inimico/
rum fraudulentia et malicia. sacramentorū
virtutum et bonorum virtus et efficacia.

¶ De prefiguratione credendorum et prio
de prefiguratione sancte trinitatis.

Quantum ad primum notan/
dum q̄ omnes articuli fidei i
scriptura veteri sub figuris mul
tiplicibus quasi sub quibusdā
sigillis que nunc soluta sunt velabantur. ar
ticulus enim trinitatis et unitatis de quo
dixerat moyses sm̄ ueritatem hebraicā. ge.
i. c. In principio creauit heloi qd' ē plale hu'

nominis vel quod est idem qd dij veloim dixit propter personarum pluralitatem et cre auit propter essentie unitatem de quo etiam refert eisdem eodem ca. q volens formare hoiem dixit faciamus hoiem ad imaginē et similitudinē nrām faciamus dictū ē ppter pso nar pluralitatē et nostrā ppter substātie vni tatem de quo etiam ps. lxvi. dicitur Bene dicat nos deus deus noster et bñdicat nos deus et cetera ter dicit deus nō ppter tres de os sz ppter tres diuinas psonas. Cū autem dicit in singulari metuāt eū et cetera hoc di cit ppter nature identitatē. de quo et dicit Y saias ppheta ca. vi. Seraphī clamabant al ter ad alterū. sanctus sanct⁹ sanctus dominus deus sabaoth. ter dicit sanctus q tres sunt diuine psone. dñs deus addit quia est i tri bus deitas vna. De hoc articulo q ē primū credibile habes expressam figurā in sancto abrahā de quo sic dicitur geñ. xviij. q tres vidit vnū adorauit dicēs dñe et cetera. tres sibi apparuerūt quia tres sunt diuine perso ne quas sicut vnum adorauit dicēs, dñe q in eis est vna deitas que est precisa ratio a dorandi tres diuinas personas.

¶ De prefiguratione dominice icarnatōis

Articul⁹ dñice icarnationis inuicte ri testamēto sub figurarū inuolu cris fuit. de quo dicit Esa. Ecce v go cōcipiet et pariet filiū et cetera Esa. vij. Et hieremias nouū faciet dominus super terrā femia circūdabit virū. hiere. xxxi. hēs figuras multiplices in ueteri testamēto hūc eni figurauerūt paradisus voluptatis. geñ. ij. et arc⁹ diuine charitatis. Gen. x. Quid p paradisū nisi virginē intelligimus in cuius medio. i. utero fuit lignū vite. i. dei filius et in quo deus sola virtute nullo creature con currēte opere posuit hominē. i. christū. quid p arcū uariū nisi ihesū intelligo quē de⁹ po suit in nubib⁹. i. in marie viscerib⁹ radijs di uine grē penetratis qui fuit et ē xpūs ad ho mines signū diuine reconciliationis. in cu i⁹ signū arc⁹ ē uersus celū et corda uers⁹ nos Et iō nō oportet timere sagittas ire dei sub mersionis generalis aquarū. Hūc etiā figu rabāt rub⁹ visionis et uellus gedeōis. ignis fuit in rubo quia diuinitas fuit humanita ti sed non cōburebatur rubus quia propter istā vnionē nō fuit cōsūpta humanitas ne in diuinitatē cōuersa Exo. iij. Itē ros fuit i vellere. i. diuina grā in maria uirginitate cō seruata ipam dei filio fecūdās. terra fuit cir cūquaqz sicca, q caro marie nō fuit aliquo semine polluta. Judicū. vi. Hūc etiā figura uerunt arche testamēti cōditio solis dscēs⁹ et porte clausio. Quid per archaz nisi mariā intelligim⁹ qd per vrnā aureā inter archā in clusā nisi humanitatē xpi. quid per manna qd erat intra vrnā nisi diuinitatem ei⁹ intel ligo d ista archa habet Exo. xxv. De cōtēt aūt in archa explicat apls ad hebr. ix. c. Sol descendēs per decem gradus in horologio Archā signat q sol iustitie descēdit per de cē ordines creaturarū et de decimo assump sit humiliorem naturā de corpore gloriose de corpore virginis marie. Noue ordies fu erunt nouem ordines angelorū. decim⁹ or do fuit hominū. de hoc descensu habet. iiij. Regū. xx. Porta fuit clausa perpetuo et tā solus rex ingreditur et egreditur per eā. por ta significat uirginem q uirgo mansit per petuo et tamē rex glorie solus ingressus fu it in eam per carnis assumptionem et egres sus per eam per stupendam editionem de qua habetur Ezech. xliij.

¶ De prefiguratione natiuitatis christi.

Articulus autem natiuitatis xpi de quo dixit Isa. ppheta ca. ix. Paruulus natus ē nobis et cetera fuit figu ratus in natiuitate Isaac. de qua geñ. xxi. i natiuitate Samuelis de qua. i. Reg. i. Hi eni q̄uis nō fuerunt nati de. virginibus fuēt tamē nati de sterilibus et supra nature cur sum fuit autē figuratus expressius in ascen su floris de quo Esa. xi: flos de radice yes se ascendet. et in egressu fontis Johelis. iij: fons egredietur de domo domini et cetera et in ortu solis de quo Eccēs. i. Oritur sol et cetera In abscisione lapidis danielis. ij. dicitur q abscisus est lapis d mōte sine ma nibus qui statuam confregit huius statue caput erat ex auro purissimo. pectus aūt et brachia d argēto. vēt et femora d ere pedes d ferro et terra per hanc statuā figurantur q tuor magna regna sibi i orbe succedētia put q daniel diuinitus edoctus ibi exponit. Primum est regnū chaldeorū q significat

per caput aureum vt ibidem dicitur Secundum est regnum Persarum quod figuratur per argentum qd̄ subiecit sibi regnum chaldeorū Tertium est regnum grecorum.s. Alexandri quod subiecit sibi regnū Persarū et figuratur per es. Quartū est regnū romanorum quod figuratur per ferrū quod subiecit sibi regnum grecorū aliaq3 regna mūdi sicut ferrum domat oia Per lapidem abscisum de mōte sine manibus significat xp̄s siue regnū xp̄i cui subijciendū erat predictū regnū romanorum. In hac expositione oīs catholici et hebrei coueniūt Quo supposito sic arguitur. In hac prophetia exprimitur q̄ ille cui subijciendum erat regnum romanorum et īperium est ipse xp̄s cum hoc ergo sit completum tempore constantini et siluestri pape quo tempore romanorū īperiū subiectum est per veram fidem ihesu xp̄o filio marie virginis. Sequitur q̄ iste est verus xp̄s veritas et signatum huius figure.quia mons significat virginem lapis cristum abscisio lapidis natiuitatem eius que fuit de virgine sine manibus.i.sine opere cuiuscūq3 creature Hic lapis confregit statuam mūdi uanitatem dictum regnum romanorum sibi subijciendo.

¶ De p̄figuratione vite et cōuersatiōis xp̄i

Vita xp̄i et cōuersatio de qua Baruch.iij. In terris visus est et cum hominibus conuersatus est fuit figurata per colūnam que filijs israel precedebat que de nocte erat ignis illuminans:de die uero nubes refrigerens. Uita enim cristi illuminauit mundum contra noctem ignorantie et refrigerauit contra estum concupiscentie:nec uacat a mysterio q̄ illa nubes erat tenebrosa egyptijs et luminosa hebreis.q2 in uita xp̄i fuerunt reprobi excecati et electi illustrati de hac colūna habet. Exo.xiij.

¶ De p̄figuratione doctrine et predicationis cristi.

Doctrina autem xp̄i et p̄dicatio fuit figurata in legisdatione que fuit facta Moysi. Exo.xx.et in legis secunda prescriptione Exo.xxxiiij.et in legis repetitione que fuit facta in Deut.quasi per totum propter quod dicit Hiero.in ep̄la ad Paulinum Deuteronomium vero secūda lex et euangelice legis prefiguratio fuit etiā figurata in locutione angelorum qui ex persona dei loquebantur sanctis patribus et p̄cipue in locutione illius qui loquebatur. Moysi et filijs israel aliquando in mōte.aliquando in deserto.aliquando ad ostium tabernaculi.aliquando inter cherubim qui propiciatoriū obumbrabant vide scripturas

¶ De prefiguratione passionis xp̄i.

Articulus de passione xp̄i:morte et sepultura.de quo Dan.ix.xp̄heta predixerat dicens:Occidet cristus fuit multipliciter figuratus. Fuit enim xp̄s venditus in ioseph.Ge.xxx.i. Nudatus in noe.Gen.ix. Ligatus in Sampsone.iudi.xvi. Irrisus in heliseo cui dicebant pueri Ascende calue.iiij.reg.ij. Consputus ī iob Iob.xvi.Cesus et uerberatus in Esaia.q̄ dicebat.Corpus meum dedi percutientibus et genas meas uellentibus. Esaia.l.Suspēsus in botro qui portabatur in uecte et ī serpente eneo.de primo Nume.xiij.de secūdo Nume.xxi.Clauis affixus in Isaac q̄ portabat ligna et quē pater ligabat super struē lignorum. Gen.xxij: Et crucē xp̄us baiulauit et super eam fuit colligatus.quia in ea fuit clauis affixus. Translanceatus in adā Apertum enim fuit latus ade et inde fuit formata mulier gen.ij.et apertum fuit latus xp̄i dormientis in cruce.et inde fuit formata ecclesia quia de xp̄i laterali vulnere fluxerunt ecclesie sacramenta Fuit occisus ī abel Gen.iiij.Sepultus in iona. Fuit enim Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus:sic et saluator fuit tot diebus et tot noctibus in corde terre sicut ipse dixit ī euāgelio.Mat.xij.hanc figuram habes ione:ij.Hec sepultura fuit figurata in quiete domini que fuit.vij.die.Gen.ij.

¶ De prefiguratione descensus anime xp̄i ad inferos.

Articulus de descensu anime xp̄i.ad inferos fuit figuratus in descēsu dei qui descendit in egyptum vt liberaret

populū israel de manibus egyptiorū Exo. iij. et aīa xpi descendit in infernū qui per egyptū tenebrosū figuratur vt educeret vinctos suos de lacu in quo nō erat aqua. sicut dicit Vaticianus zacharias zacha. ix. Christus etiā est prefiguratus in Abbacuc. qui tulit prandium consolationis, danieli viro desideriorū. i. sanctis patribus deliberati ō fiderātib⁹ qui erāt ī lacu leonū. Daniel. xliij.

De prefiguratione resurrectionis xpi.

Articulus resurrectionis cristi De quo in ps. iij. ex persōa xpi Exurrexi quia dominus suscepit me et alibi. ps. lvi. Exurgā diluculo. fuit figuratus in Jacob. de quo Gene. xxviij. ꝙ surgens mane Jacob tulit lapidē quem supposuerat capiti suo et erexit in titulū Jacob est xps qui surrexit mane. supple a mortuis mane dico cū adhuc essent tenebre: et tulit lapidem. i. humanitatem suam quam supposuerat capiti suo. i. in deo supple substantificauerat. Caput enī xpi deus est vt dicit apls. i. Cor. xi. Et erexit in titulum. s. a fidelibus contemplādū predicanduz et adorandum fuit etiam figuratus in sampsone de quo dicitur Judi. xvi. ꝙ dormiuit ad noctis mediū et cōsurgens tulit ambas fores corpus. s. et animam suā. Ex his duab⁹ figuris ortū habuerant ille due opiniones. Augu. et Greg. dicit enim Aug. ꝙ xps surrexit mane. i. diluculo dici pasche habēs pro se factuz Jacob. Gre. aūt dicit ꝙ surrexit media nocte habēs factū sampsōis pro se. qui possunt concordari per hoc ꝙ xps surrexit ī principio diei terrae et sic post mediā noctez statim enim post mediam noctem dies naturalis incipit et pōt dici mane et hoc ꝑ Augustino. vel dicendū ꝙ surrexit domin⁹ secundum veritatem mane etiam diei artificialis hoc enim reputatur probabilius. non tamē erat clara dies immo adhuc erant tenebre vnde quasi de nocte surrexit. et sic saluatur opinio vtriusqꝫ:

De prefiguratione ascētionis xpi.

Articulus de ascentione xpi de quo in. ps. lxvij. Ascendisti in altum. et cetera. Et alibi psalmo. xlvi. Ascendit deus in iubilo. fuit figuratus in translatione Enoch. Ge. v. Et ī ascensione Helye. iiij. Regū. i. in egressu Jacob qui dixit Ge. xxxij. Jn baculo meo transiui iordanem xpm et nunc cuz duabus turmis egredior. Cristus in baculo crucis transiuit iordanē mortalitatis et cū duabus turmis scz angelorum et hominum regressus est in celū. Fuit etiam figuratus in aduentu filij hominis vsqꝫ ad antiquū dierum de quo Danielis. vij. ecce dicitur ibi in nubib⁹ celi quasi filius hominis veīebat et vsqꝫ ad antiquū dierum peruenit et dedit ei potestatem honorem et regnum.

De prefiguratione aduēt⁹ xpi ad iudiciū

Articulus de aduentu xpi ad iudicium de quo expresse prophetauit Johel. iij. ca. ibi enim dicitur ex persona dei Congregabo omnes gentes et deducam illos in vallē Josaphat ibi disceptabo cum eis. fuit etiā expresse figuratus. Danielis. vij. vbi dicitur ꝙ throni positi sunt et antiquus dierum sedit. thron⁹ eius flame ignis. et ibidem iudicium sedet et libri aperti sunt: ibiqꝫ dicitur ꝙ fluuius igneus rapidusqꝫ egrediebatur a facie sedentis, qui cōsumpsit bestiā cū vndecim cornibus quo facto sancti acceperūt regnū Throni figurabāt sedes aplorū antiquus sedens iudicarem xpm qui est antiquissimus fm diuinitatem fluuius igneus egrediēs figurabat xpi sniam acutiorē ꝙ sit ignis qui cōsumit demones cū reprobis cūctis. Judicabuntur enim ex his que apparebūt in libris cōscientiarū qui tūc aperientur. quo facto sancti regnū dei perpetuo possidebūt.

De pfiguratione generalis resurrectiōis.

Articul⁹ autē de xpi carnis resurrectiōe ō quo ꝑphetauit Job. xix. c. dicēs Scio ꝙ redemptor me⁹ viuit et in nouissimo die de terra etc. vsqꝫ ibi ī sinu meo. fuit figurat⁹ Ezech. xxxvij. vbi dicitur ꝙ ossa q̄ pri⁹ erāt arida vehementer accesserūt ossa ad ossa vnūquodqꝫ ad iūcturā suā et sup ea nerui et carnes ascendērūt et ingress⁹ est in ea spūs et vixerūt que oīa exponit ibidem ꝑpha de resurrectione mortu

orū. Unde ibi dicitur. Hec dicit dominus. Ecce ego aperiā tumulos uestros et educā vos de sepulchris vestris populus meus et cetera

De prefiguratione vite eterne et mortis eterne. malis et bonis dande

Articulus autem de vita eterna quam electi post mortem assequenť fuit figuratus ī scala Iacob de quo dicitur Ge. xxviij. q̄ vidit scalā tāgentē celum et angelos ascendētes et descendētes et dn̄m innixū scale. Scala significat vitā scām q̄ h̄z multos gradus. q̄m multi sūt gradus sanctitatis. p̄ hanc descēdūt angeli dei vt informēt hoīes et ascendēt viri āgelici vt videāt dn̄m ipi scale innixū cuius quidē visio erit vita beata. Fuit et figuratus in terra pmissionis quā filij israel post transitū deserti post multos labores multaq̄ prelia adepti fuerūt. sic et sancti post transitū deserti p̄ntis sequētes ducatū colūne nubis et ignis. i. vite salu atoris post multos labores bonorū operū. post multas victorias viciorū et hostiū spūaliū beatificam vitā que eterna erit finaliter assequētur. Sub isto articulo continetur fides de morte eterna reprobis debita. q̄ fuit figurata. Nume. xvi. vbi dicitur q̄ Chore datan et abiron et multi alij propter peccatū suū viui descenderet in infernū. Sic et reprobi viui vita naturali priuati tn̄ vita grē et glē descendūt in infernū et tunc erit verū qd̄ dicitur. Math. xxv. q̄ ibūt reprobi in suppliciū iusti autē in vitā eternā. Electi figurantur per pincernam pharaonis cui dixit Joseph: Memēto mei cū tibi bene fuerit et cetera. Reprobi autē p pistorē qui āputato capite suspensus est in cruce. Ge. xl.

De prefiguratione vnitatis ecclesie

Articulus de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe in tabernaculo federis i tēplo salomonis et in iherusalē terrestri. In archa fuerunt cōgregata aīalia de oī sexu et genere. et in ecclesia catholica sunt collectiui de⁹ et gentilis. masculus et femina. liber et seruus. hō irrationalis et vtens rōe. Archa ferebatur super aq̄s et ecclesia fuit sup tribulationes huius mundi ad archā columba rediēs portauit ramū oliue. et xp̄s ad ecclesiā reuertēs spūaliter denūciat pacē. In mūdo inqt pressuram hēbitis in me aūt pacē. Joh. xvi. Extra illā archā nullus saluari potuit sic et extra ecclesiam nullus pōt eē saluus. De his oībus hēs. Ge. vij. et. viij. In tabernaculo et in tēplo colebatur et adorabatur deus: fiebant ibi sacrificia p que remittebātur peccata. et peccatores recōciliabātur deo. sic in sola ecclesia est diuinus cultus offerūtur grata sacrificia. reconciliātur peccatores et remittūtur tibi peccata. vn̄ hn̄ dicit ecclesia. Credo vnā sāctā ecclesiam catholicā sanctorū cōionē. remissionē peccatorū. i. in qua sola est sāctorū cōio et remissio peccatorū. ihrl̄m etiam erat ciuitas sacerdotalis et regia. s̄z excellentius scā ecclesia. quia in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes et reges facti in sanguine ihū xp̄i. Apoc. v. Sic igitur habemus totā fidei cōtinentiā in scriptura veteri multipliciter figuratā et cetera.

De p̄figuratōe cauēdorū. s. vij. capitaliū viciorū et transgressionis. x. p̄ceptorum.

Quantū ad secūdū scīedū q̄ peccata q̄ oīno cauere debem⁹ fuerūt figurata multipliciter. s. ī lepre plaga. de qua Leuit. xiij. In lepra marie de qua Nume. xij. In lepra giezi. d̄ qua iiij. Reg. v. In morticinis et īmūdicijs que fuerūt ī multis locis phibita in lege. peccatū eī aīam facit leprosā. et ipsā eicit a cōsortio angelorum. facit enim animā imūdam et fetidā plus q̄ esset aliqua legalis imūdicitia. vel aliquod morticinū faceret. Septē autē peccata mortalia fuerunt figurata per septem funes quibus ligatus fuit samson. Judicū. xvi. Sunt eni peccata quedā vincula et funes quibus ligantur peccatores ne libere possint incedere vel operari. Decē aūt transgressiones contra xp̄i precepta decalogi fuerunt figurata p. x. cornua bestie. Dan. vij. de quibus egreditur. xi. loquens contra deum blasphemias per quod desperatō et finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus q̄ peccatum in generali et peccatorz numerus multipliciter fuerūt in scriptura veteri figurata et cetera.

De p̄figuratiōe malitie inimicorū spūaliū

Quantum ad tercium notandū q inimici spūales qui nos a peccato lucrantur et gratia dei et virtutibus spoliant in scriptura veteri figurantur in serpēte qui seduxit Euam. Gene. iij. et in serpentibus qui percusserunt filios israhel. Nume. xxi. et in vrsis et leone quos interfecit dauid. i. Regū. xvij. et in duobus vrsis qui deuorauerunt. xlij. pueros. iiij. Reg. ij. Et in duobus principibus latronū Isbo seth. filium saul. ij. Reg iiij. Et in duobus draconibus de quibus habetur Hester. x. Demones enim qui per serpentem. vrsos et dracones figurantur aliquando persequūtur ecclesiam manifeste sicut leo. Aliquādo occulte sicut draco et serpens et latro figurantur etiam per illos qui persequebantur filios israel in deserto. contra quos pugnauerunt. Moyses et Josue. Et non vacat a mysterio q nunq potuerunt superare Jebuseos per quos carnis vicia que nūq perfecte in hac vita de lege cōmuni superantur figurantur. Figurantur etiā per goliath. saulē et ablalonē psecutores dauid. Item figurantur p egiptios. chaldeos medos. persas. grecos romanos. hebraici populi persecutores.

De pfiguratōe virtutū et efficatie sacramētoꝝ

Quantū autem ad quartū notādū q arma et remedia quibus sanantur peccata et vincūtur spūales inimici sunt. vij. sacramēta. vij. virtutes. vij. dona. et. vij. bona spūalia.

Septē sacramēta sunt figurata multipliciter et primo de prefiguratione baptismi.

Baptisin figuratus fuit in diluuio Ge. vij. In mari rubro. Exo. xiiij. Sicut enim in diluuio et in mari rubro fuerunt consumpti omnes peccatores sic in baptismo xpi sanguine rubricato omnia peccata delentur.

De pfiguratione sacramēti cōfirmatiōis

Confirmatio fuit figurata i vnctione regū. hoc enim sacramento xpiani roborantur in fide et sicut reges ad spūalia bella preparātur. vide de vnctione. saul. i. Reg. x. et de vnctiōe dauid. i. Reg. xvi.

De pfiguratione sacramēti eucharistie

Sacramentum eucharistie fuit figuratū in oblatione melchisedech qtū ad spēs offerebat eniz panem et vinū. Ge. xiiij. Et in agno pascali qtū ad cōtentū in sacramēto. quod ē vera caro xpi. Exo. xij. Et i māna ad saporē spūalem. Exo. xvi. habebat ei māna omne delectamentum et saporē suauitatis. Sap. xvi. et multo fortius in sacramento altaris. figuratum etiam fuit per omnia sacramenta antique legis.

De pfiguratione sacramēti penitentie

Sacramentū autē pnie qtū ad contritionem in gemitu dauid fuit figuratum de quo in. ps. vi Laboraui in gemitu meo et cetera. Et in fletu ezechie. iiij. Regū. xx. Quantū ad cōfessionem fuit figuratū in leprosis. de quibus p ceptum est vt se ostenderēt sacerdoti. Leuit xiij. Et in confessione dauid qui dixit postq peccatū cōmiserat peccaui domino. ij. reg. xij. Quātū ad satisfactionem fuit figuratus in facto regis. Niniue. Vide Jone. iij. quō per humilitatez et ieiunia domino satisfecit Quantum autē ad vniuersa figuratur hoc sacramentum per septem lotiones quibus se lauit Naaman in Jordane et mundata fuit eius lepra. iiij. Regū. v. Jordanis interptatur iudicium et significat penitentiam per quam peccatores se iudicans ne iudicentur a domino et in hoc. Jordane se debet lauare septies contra septem peccata mortalia vt sic mundetur spūalis lepra. Figuratur etiaz per. xi. saga ciliciana quibus tegebatur tabernaculū. Exod. xxvi. q2 ptra. x. pcepta decalogi sunt. x. transgressiones que figurātur p x. plagas. egypti Vide in Exodo. de quorū medio egreditur. xi. i. desperatio et finalis impenitentia que fuit figurata per. xi. cornua bestie sicut dictum est supra. Et figurantur hec. xi. mala non solum per. xi. cornua veruz per. xi. apostolos de quibus in. ps. lxxxij. Moab et agareni et cetera vide glosam et interpretationes contra que. xi. mala debet se

peccato2 pũgere. xi. fagis alicãnis pnievtsic vulnus aperiatur et virus egrediatur

De prefiguratione sacramenti ordinis.

Sacramentum ordinis fuit figuratũ in institutione ordinis leuitarũ et ministrorũ tabernaculi de quibus in li. Numerorum. Et in ordinatione sacerdotum d' qua. Exo. xviij. pcipue autẽ fuit figuratum sacerdotium ecclesie i sacerdotio Melchisedech. de quo ge. xiiij. Sacerdos eni ecclesiasticus non est sacerdos secundũ ordinẽ leui sed secũdũ ordinem melchisedech i: psal. cix.

De prefiguratione sacramenti matrimonij

Sacramẽtũ autẽ matrimonij noue legis fuit figuratũ in matrimonio q' fuit inter Adã et euã. vñ ipse dixit. ppter hoc relinquet homo patrem et matrẽ et cetera. Ge. ij. Adã enim non legitur habuisse nisi vxorẽ vnicã. vnde ibi dixit adherebit vxori sue non vxoribus. Figuratũ etiã fuit p matrimoniũ quod fuit inter Isaac et rebeccã de quo Ge. xxiiij. Ipse eni Isaac fuit vnic' vnice ppter hoc imunis fuit ab illa maledictione quã icurrit. Lamech qui prius induxit bigamiã Ge. iiij. Et tale dz eẽ matrimonium ecclesie. De tali eni dic apostolus ad ephes. v. Sacramẽtũ hoc dico magnũ in xpo et in ecclesia. Nec etiaz dico quin bigamia vel octogamia sit verũ matrimoniũ sed tamẽ multũ deficiat a ratiõe sacramẽti. Notat super hoc Alexander d' ales in. iij. tractatu. ij. super pcepto. q' habere plures vxores fuit adulteriũ ipsi Lamech. ppt duo. Primo q2 fuit contra ius naturale. scz ne facias alij quod tibi non vis fieri. Et vir non vult q' vxor diuidat carnẽ suam cũ alt's. et ita peccauit in deum. Secũdo q2 fuit contra morem et consuetudinem et moderãtiam. Ex incontinentia eni imoderata plures habuit. et sic scandalizauit proximũ. sãcti vero patres non cõmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt contra ius naturale q2 cum eis occulta inspiratiõe fuit dispensatũ. nec contra morẽ. q2 iaz erat in cõsuetudinẽ tractũ. Et nota q' causa dispensationis fuit triplex. s. propter multiplicationem cultus dei exemplo Abrahe. Ge. xvi. Item in figuram Coniugiũ enim patrz significabat connubiũ cristi et ecclesie q multiplicatur per contẽplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratũ fuit in vxoribus. Jacob liberis et ancillis siue concubinis. Ge. xxvi. Itẽ ppter moderãtiã et tẽperantiam. Moderate eni appetebãt antiq patres coitũ. s. ppter solã ppagatõnẽ ad cultũ dei. exẽplo dauid. ij. Reg. xxvi. Ad maiorẽ autẽ euidentiam predictorum Nota q' concubina dicitur duobus modis. Uno mõ assumpta ad tempus ad prolẽ pducãdam q' dicitur assumpta ad tempus. hoc dicitur ad differentiam vxoris et q' dicitur ad plẽ procandam. Hoc dicitur ad differentiã meretricis. talis concubina non est vxor et cou' cũ ea est fornicarius et illicitus fm se. et ẽ etiam cõtra legem naturalez et scriptã. Jus eni publicũ legis naturalis dictat procreatiõnẽ filiorum cũ educatione et hereditatis successione. quod non posset esse nisi esset copula parentũ inseparabilis. Item est cõtra ius puatum rõis. quod dictat non facere alij quod homo fieri nõ vult sibi et ecõuerso. Quilibz enim vir vult vt effectus eius cui copulatur sibi iseparabiliter adhereat. Secũdo modo dicitur cõcubina assumpta insepabiliter ad semper. sed cõditionis seruilis. et sic realiter erat vxor Sed tñ dicitur cõcubina q2 nõ erat principalis vxor. vnde Ge. x. vi. Sara dedit abrahe Agar in vxorem. Rachel dedit balam ancillam viro suo in coniugium. Gen. xxx. licet autem quelibet talium diceret' vera vxor et inter virum et cã diceretur verum matrimonium. deficit tamen a rõe sacramẽti quod est vnici ad vnicam vt dictuz est Ulterius nota hic domin' bonauentura i. iiij q' pdicta dispensatio de pluribus vxoribus nõ fuit tempore nature institute. q2 tunc nõ erat necessitas sterilitatis nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanũ ad cultum xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tẽpore abrahe quia ante eum multiplicabant' non ad cultum dei sed ad mala et ideo deleti sunt de terra Sed ratione honestatis ad illos se extendit qui vxoribus et concubinis tẽpantur et ad cultũ dei multiplicandum faciebant et volebant vti Hec autem dispẽsatio facta est diuina inspiratione in patriarchis et rege dauid quãdo et quoniã vtrisqz facta

est de semine dauid repromissio ¶ Et quia isti erant tanquam capita. et imittandi erant tanquam sancti intellexerunt recte dispensationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum et mos fuit ex hoc introductus, durans vsque ad christi aduentum.

¶ De prefiguratione extreme vnctionis.

Sacramentum extreme vnctiõis fuit figuratum in multiplici vnctione veteris testamenti Tunc enim vngebantur reges et sacerdotes templum et altare et certe cum christianus est propinquus morti. tunc propinquus est vt sicut rex adipiscatur regnum glorie. vt etiam sicut sacerdos offerat deo sacrificiū laudis perpetue vt etiam in eius anima templo et altari summus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum et propter hoc vngitur cristianus cum est propinquus morti. Vngebantur etiam antiquitus pugiles. et sic christianus in morte. quia aggreditur bellum fortissimum tunc enim ipsum hostis impetit vehementius propter quod oportet ipsum tanquam strennuum pugilem strennue dimicare: Vngebantur etiam antiquitus sponse cum viris tradebantur. Vnde et vxor ab vngendo dicitur. eo quod vngeretur et certe anima cristiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti sponso. et traduci in tabernaculum eius vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur

¶ De p̄figuratione. vij. donorū spūssācti:

Septem autem dona de quib⁹ dicitur Isa. xi. figurata sunt per septem crines capitis samson. quibus rasis ab eo recessit fortitudo Judicum. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima. vij donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figuratur etiam secundum expositionem Grego. per. vij. filios iob. Job. i. Per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. ut sit dignus hereditate superna.

¶ De prefiguratione septē virtutum

Septem autem virtutes figurantur p. vij. dies qb⁹ deus cuncta fecit opera et postea quieuit. quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spūalem in p̄senti et eternam in futuro. Figurantur etiam per. vij. dies festiuitatum legalium. per ipsas enim anima solēnizat. colit deum et a vitijs cessat. Figurantur etiam per illas. vij mulieres de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt. vij. mulieres virum vnum et cetera. Nemo enim est vir nec vir vnus vnitate grē nisi quem iste domine apprehendūt.

¶ De prefiguratione. vij. bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.

Tunc etiam alia bona spiritualia que multum valent ad superationem hostium ac etiam ad purgationem viciorum Primum est virtus crucis et passionis christi que fuit figurata ī baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente cum quibus occidit philisteum. i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas ihū quas cristianus cū funda sue considerationis debet contra demones iacere et sic debellabitur hostis.

¶ De prefiguratione bonitatis et oratōnis matris ihesu cristi.

Secundum autem bonum est virtus et oratio matris xp̄i que fuit figurata per Judith que holoferne occidit Judith. xiij. et hester que amā et hostes populi israel occidi procurauit. vīd in libro hester et per iahel que zizaram percussit. Judi. iiij. et per bersabee matrem salomōis de qua. iij. Reg. ij. ipsa enim et si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri. fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud uerbum quod dixit salomon matri sue. iij. Regū. ij. Pete mater mea quod vis neque enim phas est ut auertam faciem tuam omnia etiam que salomon dicit in laudem sponse in li. Cant. de gloriosa matre domini spūaliter expo nūtur.

¶ De p̄figuratōe bonitatis vtutis: p̄tātis siue auctoritatis ecclesie i orando

Ercium bonum est virtus potestas siue auctoritas ecclesie cuius oratio summe placet deo. Est enim ipsa vnica sponsa christi cui dixit sponsus Cant.ij. Ostende mihi faciem tuã sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora.

De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.

Quartum bonum ẽ oratio sanctorũ noui testamenti qui iam cũ christo regnãt scilicet appostolorum qui fuerunt figurati in sanctis patriarchis et prophetis. nam sancti patriarche factis et pphe dictis gratiam noui testamẽti prefigurarunt et meritis populum deo recõciliare efficaciter meruerunt de quibꝰ Isa xxvij. Qui ingrediuntur impetu ad iacob. florebit et germinabit israel. et implebũt faciem orbis semine et cetera. Sãctorũ martirum qui fuerunt figurati in sanctis machabeis q interpretãtur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores Sanctorũ confessorum qui fuerunt figurati in filijs prophetarum de quibus in.i. et.ij. Regũ. Sãctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel. q fuit primus virgo de quo Gen̄.iiij. Et in filia iepte. Judi.xi. Et in abysag sunamite que fouit: Dauid regem de quo.iij. Regũ.i.

De prefiguratione bonorum pastorum ecclẽie.

Quintum autẽ bonum est sedulitas bonorum pastorum ecclesie qui fuerunt figurati per moysen. Josue. et Dauid Illi enim orando ꝙ maxime et nihilominus operando prostrauerunt hostes Vñ quomodo Moyses orãdo prostrauit amalech. Exo.xvij. Sic et boni pastores ecclesie orando et operando. docendo et bona exempla ministrando hostes ecclesie superant et per ipsos subditi ad sanctitatis opera prouocantur.

De pfiguratõe bonitatis diuine inspiratõis

Sextum bonum est diuina inspiratio que etiam indulcorat huiusmodi amaritudinem et illustrat animam contra errorum caliginem Quantum ad primum figuratur p illud lignum quod ostendit dominus Moysi quod cum in aquis missum fuisset i dulcedinem verse sunt. Exod.xv: Quantũ ad secundum figurantur per fauum mellis quẽ gustauit Jonathas et illuminati sunt oculi eius.i. Regũ.xiiij. Que etiam figuratur per angelum domini qui descendit in fornacem. et cetera. Dan̄.iij. quoniam refrigerat concupiscentiam:

De prefiguratione bonitatis discrete considerationis hominis

Septimum bonum est discreta hominis consideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis ihesu. vij. ordines sanctorum qui sunt in patria. vij. offẽsas quibus offendunt homines deum. per vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas de quibus Job: Apocal.xv. per quas intelliguntur. vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi per. vij. opera misericordie. septem sanctorum ordines figurantur per septem boues pulcras et crassas et septem dotes glorie per septem spicas plenas et formosas omnes quia reprobi per septem fedas, boues. et confectas macie. et septem inferni supplicia per septem spicas percussas vredine de quibus omnibus habetur Gen̄. xli. Per quas septem considerationes nunc mundi vanitas peccati vilitas. carnis cõplacentia. et demonum fraudulentia Unde figurantur iste septem considerationes per illos septem circuitus quos fecerunt filij israhel circa vrbem. Hierico ipsos archa domini precedente Josue.vi. Sic et christus qui est archa domini christianum precedat in psenti exilio sit semper ante sue mentis oculos et sic septem circuitus et septem consideratiões predictas faciat ꝙtum ad ipsum mũdi vanitas destruetur Apparet igitur ex premissis ꝙ secundum ꝙ dicit appostolus ad

Hebre. ix. facta in veteri testamento fuerunt parabole instantis temporis et sic omnia in figuram contingebant in illis. i. Corinth. x. Et sic patet primum principale huius considerationis tercie.

De prefiguratione correctionis nostre in tempore gratie.

Circa secundum huius tercij puncti est sciendum q tempus gratie vt dictum est. est tempus peccata corrigendi et cauendi ad q multum valent peccata veterum que punita fuerunt temporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xpianorum sempiterna si comittant similia.

De prefiguratione correctionis superbie

Ad correctionem enim superbie et inobedientie multum valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiusq eiectio de paradiso. que ipse et vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo q consentientes suggestioni dyaboli superbi et inobedientes fuerunt. Ad hoc etiam multum valet expulsio Saul de regno qui propter superbiam et inobedientiam regnum israel amisit sicut de hoc habetur. i. Regū. xv. et. xvi. Ad hoc etiam multum valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiam et ambitionem regnandi suspensus in quercu fuit a Joab interfectus. ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad hoc plaga cōminata Ezechie propter hoc q quadam ostentatione ostenderat babylonijs omnes thesauros domus sue. iiij. Regū. xx. valet etiā ad hoc mors illorum principum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerunt extingui ab igne celesti. iiij. Reg. i.

De prefiguratione correctionis inuidie.

Ad correctionem etiam inuidie multum valet maledictio Cayn qui propter inuidiam abel interfecit. Ge. iiij. reprobatio esau qui fratri suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Gene. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valet ad hoc tribulatio quam passi fuerūt filij Jacob qui inuidentes ioseph. Ipsumq odio habentes sicut dicitur Gene. xxxvij. sustinuerunt propter hoc tribulationē multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet etiam ad hoc vexatio saul qui inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter hoc quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. et Dauid. x. milia fuit inuasus a maligno spiritu. i. Regū xvi. Ad hoc etiam multum valet lepra Marie et leuitarum plaga. quia inuidētes murmurauerunt contra moysen. De maria habetur Nume. xij. de leuitis. xvij. Ad hoc etiam multum valet interfectio. Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter hoc fuit interfectus. iij. Regū. ij.

De prefiguratione ad correctionem Iracundie.

Ad correctionem iracundie valet maledictio Cayn. cui dicit dominus vbi supra: Cur iratus es. quare concidit vultus tuus et cetera: Valet etiam maledictio furoris symeon et leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas. Genesis. xxxiiij. de quib9 dixit Jacob maledicēdo Ge. xlix. In furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Valet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum israhel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Valet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur i. Reg. xxv. q erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. et ita percussit dominus. Nabal et mortuus ē

¶ Auaricie

Ad correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anathema de hierico regulam auream propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne consumpta Josue.vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interficiari dixit helyas in hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Regum.xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices .propter quod lepra naaman adhesit ei.iiij. Regum.v.voluit etiam vendere gratiam sanitatis. Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. et positus in gestatoria sella.ij.Mach.iij

¶ Accidie.

Ad correctionem autem accidie occurrunt dina que peruagans regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichem oppressa. Gen. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod.xxxij. et propter vitulum quem adorauerunt.xxiij.milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cum qua et concubuit.et postea vriam virum suum interfici fecit.ij.Reg.xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarum.ocium et saturitatem panis Ezech.xvi.

¶ Gule

Ad correctionem autem gule occurrunt Eua.esau.ionathas.loth holofernes.filij israel et sacerdotes bel.propter gulam enim eua maledictionem meruit. Genesis.ij. Esau primogenita vendidit. Genesis.xxv. Loth propter hebrietatem incestum commisit. Genes. xx. Jonathas patrem offendit. et aliqualiter populum turbauit.i.Regum.xiiij. Holofernes a Judith fuit interfectus. Judith.xiij. Sacerdotes belis qui deuorabant que offerebantur a Dario trucidati sunt Dan.xiiij.

¶ Luxurie

Ad correctionem autem luxurie occurrunt inundato diluuij. Ge. vij. et consumptio.v.ciuitatum: Genesis.xix. Interfectio sichimitarum propter dinam. Genesis.xxxiiij. Perimo filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cum madianitis.et ideo multi fuerunt percussi. Nume.xxv. Destructio tribus beniamyn quod propter vxorem leuite quam abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Jud.xix.et.xx.capitulo. Infortunium dauid cui propter vxorem vrie hoc contingit quod absalon filius suus ingressus fuit ad concubinas suas.ij.Regum.xvi.sic propheta ei predixerat.ij.Regum.xij. Interfectio amon propter thamar sororem suam.ij.Reg.xiij Infatuato samsonis.Judi.xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit deprauatum per mulieres.iij.Regum.xi. Interfectio presbiterorum qui concupierunt susannam. Daniel.xiij.

¶ Idolatrie.

Ad correctionem ydolatrie occurrit illud Exod.xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere.i.coram vitulo conflatili choreas ducere.vel ludere.i.ad instar puerorum vitulum adorare.qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedam ydola que postea pueriliter adorant. vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo quam ydolum factum adorare et ibidem dicitur quod leuite de mandato Moysi propter hoc peccatum interfecerunt quasi.xxiij. milia hominum. Illud etiam occurrit de hoc idem quod quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie sce-

lus. hoc ꝙtum ad primum preceptum.
¶ Ad correctionem blasphemie que est contra secundum preceptum habes lapidationem blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantium sabbatum habes punitionem illius qui ligna in sabbato colligebat. vide Nume. xv. hoc ꝙtum ad tercium preceptum. ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem ozie qui archam tetigit. ij. Regū. vi. lepram ozie qui thura incendebat. ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionē inhonorantium parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. nō crescas. Gen. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrem suum de iherusalem et polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionem homicidij habes interfectionem illorum qui interfecerunt isboseth. ij. Regū. iiij. et interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo. iij. Reg. ij. ¶ Ad correctionem mechie habes multa que supra statiꝫ dicta sunt. ¶ Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorū. Danielis. xiij. Duo vltima precepta non habuerunt penā determinatam in lege. Idcirco ꝙuis transgressio ipsorum sit peccatū mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio non fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De prefiguratione ad correctionem malorum principum.

Ad correctionem autem malorum principuꝫ occurrit pharao propter quem egyptus perijt. Exod. xiiij. Occurrit roboan propter quē regnum israel scissum fuit. iij. Regū. xij. Item sennacherib propter cuius maliciam et superbiam percussit āgelus domini. clxxxv. milia assyriorum. iiij. Regū. xix. Occurrit etiam nabuchod. qui propter maliciam suaꝫ fuit quasi conuersus in bestiam. Daniel. iiij. Item antiochus de quo dicitur. ij. Mach. ix. ꝙ de ipsius corpore vermes scaturiebant et infra dicitur ꝙ homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiam translatio regnorū de gente in gentem q̄ maxime ascribitur et attribuitur malitie principum Eccli. x.

¶ De prefiguratione ad correctionem malorum prelatorum.

Ad correctionem malorum prelatoruꝫ occurrit heli qui fuit negligens in correctione filiorum qui de sella corruens mortuus fuit. multaꝗ mala populo acciderunt. i. Regū. iiij.

¶ De prefiguratione ad correctionē malorum sacerdotum.

Ad correctōnem malorum sacerdotum occurrūt filij hely ofni et phinees. qui nescientes sacerdotis officiuꝫ. i. Reg. ij. corruerunt in prelio. i. Regū. iiij. Occurrunt etiam nadab et abiu qui obtulerunt ignem alienū. et ideo fuerūt a domino percussi. deuorauitꝗ eos ignis. Leuit. x. Ignem alienum offerunt sacerdotes auari et luxuriosi quos gehenne incendium deuorabit.

¶ De prefiguratione ad correctioꝫ omniuꝫ predicatorum.

Ad correctionem omniuꝫ predicatorum occurrit considerare virtutes sanctorum veteris testamenti videlicꝫ iustitiā noe. de qua Ge. vi. fidē et obedientiam abrahe. de fide hēs Ge. xv. et obedientia. Ge. xxij. Itē de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs. Ge. xiij. Occurrit secundo considerare simplicitatē iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis. i. Reg. Ieiuniū. Moysi de quo Exo. xxxiiij. Ieiuniuꝫ helye. de quo. iij. Reg. xix. Abstinētiā Judith vide in libro illo Danielis et sociorum eius. Dan. i. Zelū phinees qui iterfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi. Ruth. et largitatem. Booꝫ. vide in libro ruth. Patientiam. Job. et Thobie vide in libris eorum. ¶ Occurrit etiam considerare

zelū Samulis qui interfecit regem Agag.i. Reg.xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal.iij. Regū.xviij. Occurrit etiam cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyrij Eleazari. et illorum.vij. fratrum.ij. Machabe.vi. et.vij. Sic ergo patet quod bene dixit apostolus quod facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionem nostram. Dicit enim apostolus.i. Corinth.xi. Dum iudicamur autem a domino corripimur vt non cū hoc mundo damnemur. Sed multum terribile est quod scriptura dicit quod difficile est corrigere quem deus despexerit. Eccl's.vij. vere signum est diuine despectionis quando homo a malis suis non corrigitur qui totiens et in tot locis corripitur per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dicta sunt in hac tercia consideratione quod omnia que predicamus de christo ihesu. omnia credenda. omnia cauenda. omnis inimicorum spiritualium malicia omnis virtutis sacramentorum et efficacia. omnia predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contingebāt illis.i. Cor.x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in ihesu christo.

Quartus pūctus et vltimus huius sexti articuli ē videre quomodo omnia que scripta erant de messia venturo fuerunt impleta in christo ihesu saluatore nostro. et ideo ipse ver⁹ messias nec alius expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur.xij. thesauri. ¶ Primus erit de tempore aduentus christi. ¶ Secundus de eius progenie. ¶ Tercius de assimulatione. ¶ Quartus de loco natiuitatis. ¶ Quintus de eius nomine. ¶ Sextus de eius veneratione. ¶ Septimus de modo viuendi. ¶ Octauus de modo moriendi. ¶ Nonus de causa mortis. ¶ Decimus de eius resurrectione. ¶ Undecimus de premio credentium. ¶ Duodecimus de pena persequentium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secundi templi. et ablatōne sceptri israhel. et impletione.lxx. ebdomadarū danielis.

Primus thezaurus aperitur de tempore aduentus messie. quod sacra scriptura pronunciauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quatuor testimonia. ¶ Primum est testimonium prophetarum secundum glosas. Talmuth. licet in illo libro reperiantur multe vanitates et abbominationes et hereses. non solum cōtra legem euangelicam sed etiam contra essentiam diuinam. et contra legem scripture ac cōtra legem nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. ¶ Ueruntamē ad conuincendam maliciam eorum proprijs auctoritatibus suorum doctorum concluditur aduentus messie sicut optime fuit disputatum cum sapientibus eorum et conclusum et determinatum coram summo pontifice: Benedicto.xiij. Presentibus pluribus cardinalibus, prelatis et magistris in theologia. et alijs multis notabilibus personis. Anno domini. M.cccc.xij. xviij. pontificatus eiusdem summi pontificis. ¶ Secundum est testimonium inquisitionis iudeorum. ¶ Tercium erit testimonium iosephi hystoriographi eorum. ¶ Quartum erit testimonium Pylati qui cum tradidit crucifigendum arbitrio eorum. ¶ De primo dico quod tempus assignatum aduentus messie erat in fine secundi templi hierusalem prophetante destructionem eiusdem templi: vt patet Malachie.iij. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam. et statim veniet ad templū sanctum suum dominator quem vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituum. In dicto textu sunt tria vocabula que significant suum aduentum multum prope. Primum est ecce. quod ondit rem presētē añ nos. Scdm ē statī quod ondit rem breuissimā vel sine tpe Terciū est ecce venit. Item quando dixit ad templum suum ostendit quod in hora sui aduē

rius esset templum edificatum et in bono sta
tu per contrarium illius quod credunt iudei
qui dicunt ꝙ quando ipse veniet: inueniet
eos in captiuitate et templum desertum:
Item secundo sicut dixit Isa. ca. lvi. Hec di
cit dñs. Custodite iudiciũ et facite iusticiaʒ
qꝛ iuxta est salꝰ mea vt veñiat et iusticia mea
vt reueletur et declarant doctores hebreorũ
in berexit raba. i. genesi magno. Rabi mos/
se darsan quid voluit dicere. iuxta est salus
mea. vt veñiat et iusticia mea vt reueletur hoc
dicitur pro rege messia. propter quod dixit
Daniel capitulo. ix. et adducatur iusticia sẽ/
piterna. Item tercio dixit Zach. ix. Exulta
satis filia syon. iubila filia iherusalem. Ec/
ce rex tuus veniet tibi iustus et saluator ipse
pauper et ascendens super asinam et super
pullum filium asine. In q̃ntum dixit ecce rex
tuus ostendit eius aduentum breuissimum
Et quod restat in hoc textu ostendit ꝙ loq̃r
de christo ihesu quia in tali habitu intrauit
in hierusalem Multum facit admirari quo/
modo omnes isti prophete fuerunt concor/
des vt omnes vna voce dicerent aduentum
messie esse tam propinquissime et ꝙ postmo
dum retro cesserit tanto tempore a tempore
vltimo predictorum prophetarum vsq; ho
die cum transierint iam vltra mille septingẽ
ti anni. Inuenimus eniʒ balaam Numeri.
xxiiij. dixisse prophetando pro rege dauid.
videbo eum sed non modo intuebor illum.
sed non prope. et ab eo vsq; ad dauid nõ fu
erunt nisi quadringenti anni modicum plꝰ
Quare per vim habemus dicere ꝙ pauco tẽ
pore post dictos prophetas habebat eẽ ad/
uentus messie. Dicet iudeus per dicta pro/
phetarum bene ostenditur esse aduentꝰ mes
sie in breui. sed quomodo probabitur ei ꝙ
ille aduentus fuit in fine templi secundi in
eadem hora qua fuit aduentus ihesu christi
Dico ꝙ hoc ostenditur multum bene mul/
tis auctoritatibus prophetijs et rationibus et
primo per. Isa. capitulo. ix. qui dixit. Paruu/
lus enim natus est nobis. et filius datus ẽ
nobis. Et factus est principatus super hu/
meros eius. et vocabitur nomen eius admi
rabilis. consiliarius deus fortis pater futu/
ri seculi. princeps pacis. multiplicabitur eiꝰ
imperium et pacis non erit finis. Non ẽ du
bium quin ista prophetia loquatur de mes/
sia quia impossibile est aliquem hominem

carnalem in quo non sit diuina natura inti/
tulari tam excellentissimis titulis Item qꝛ
ipsimet doctores hebreorum dicunt hoc in
prologo becarabeti. i. lamentatiõis magne
Vbi dicit rabi Oʒe. galileus. in nomine mes
sie est pax. quia sic scriptum est pater futuri
seculi. princeps pacis: Item in libro canhe
drin in capitulo quod incipit totus israhel
dicit rabi thauhum. Que est ratio ꝙ quecũ
q; men. que est in medio vocabuli est aper/
ta et hẽ est clausa Respondet quia deus vo/
luit facere de Ezechia messiam. et venit vir/
tus iudicialis et dixit ante deum dominuʒ
mundi. Dauid qui dixit ante te tot cantica
et tot laudes. non facis messiam et ezechi/
am pro quo fecisti tot miracula. et non dixi/
sti vnum canticum ante facies messiam: et
ideo deus clausit men. ¶ Et illa hora exiuit
filia vocis. i. vna reuelatio et dixit secretum
meum mihi. secretum meum mihi: ve mihi.
Et declarat rabi Salomon ꝙ dicebat deus
hoc secretũ de aduentu messie meum est. Et
ꝙ propheta respondit. ve mihi vult dicere.
O miser quando veniet ille messias. ¶ Ex
predicta auctoritate possimus dicere tres ꝯ
clusiones Prima ꝙ messias est ipsemet de/
us quia predicti tituli non possunt iustifica
ri nisi de ipsomet deo. Secunda conclusio ẽ
ꝙ messias natus est de maria existente vir/
gine quia illa littera men. posita in verbo
multiplicabitur. quod in hebraico dicitur
lemarbe ostendit nomen eius quod ẽ in he
braico merien. In latino maria ambo no/
mina incipiunt in illa littera men. sed in rec/
ta scripta quasi cursu naturali debebat esse
men aperta In q̃ntum vero est clausa per con
trarium et contra naturam totius scripture
ostendit dictam merien vel mariam eẽ clau
sam siue virginem. Sic enim contra cursum
nature concepit et peperit. quia non ex virili
semine sed mystico spiramine. ¶ Tercia cõ/
clusio est que ad propositum facit ꝙ dicta
men clausa ostendit tempus aduentꝰ messie
punctualiter. quia hec prophetia fuit dicta
in quarto anno regis. Achaʒ. et ab illo an/
no vsq; ad destructionem primi templi que
facta fuit. xi. anno regis Sedechie transierũt
c. anni. Item durauit captiuitas ¶ Baby
lonie. lxx. annis Templũ s̃m ꝙ edificauit
neemias durauit. cccc xx. ãnis si subtrahamꝰ
xl. annos qui transierunt a passione xp̃i vsq;

ad destructõnẽ tẽpli per Titũ remanẽt sexcẽ
ti ãni q̃ trãsierũt ab hora ĩ qua dicta fuit p̃-
dicta prophetia vsq̧ ad passionem xpi. et tã
tum sumat menclausa in numero ſm hebre
os. cuius figura in habedario hebreoꝝ ħ ẽ
ex q̃b⁹ seq̃t̃ ꝙ i illa mẽclausa oñdit nob de⁹
illa duo secreta cũ dixit: secretũ meum mihi
secretum meum mihi. Primum ꝙ mat̃ mes
sie debebat esse maria siue virgo Secundo
ꝙ tempus saluationis aduentus messie fu
it punctu aliter sexcentorum annorum a re-
uelatione prophetie vsq̧ ad passionem sal-
uatoris: Iterum potest idem probari ĩ vna
auctoritate que est in medrastuphin: i. glo-
sa psalterij: vbi dicit rabi⁹ Iohanam tribus
annis cum dimidio stetit gloria domini in
monte oliueti dando voces et dicendo.

¶ Querite dominum dum inueniri potest
inuocate eum dum prope est Isa. lv. Itez di
xit in berexit raba. i. in generi magno rabi
mosse darsan. Quid voluit dicere salomon
in canticis canticorum ca. i. quando dixit
Exultauim⁹ et letabimur in te. quando hoc
erit. Quando pedes dei stabunt in monte o
liueti illa hora erimus nos leti. Dico ꝙ ma
nifeste apparet quia isti tres anni cuz dimi-
dio sunt illa dimidia ebdomada quam di
xit daniel pro messia. Confirmauit autẽ pa
ctum multis. Inueuimus enim ꝙ sic fuit
quia saluator noster recepit baptismum in
etate. xxx. annorum et deinde vsq̧ ad temp⁹
passionis fuerunt quasi tres anni cum dimi
dio. quibus ambulauit per galileam et per
montem oliueti conuocando homines ad
penitentiam et respectu huius dicebat pre-
dicta verba. Isa. recitata per rabi Iohanni
scz. querite dominũ dum et cetera vt supra.
Itẽ p̃ot probari manifeste ꝙ aduent⁹ mes-
sie debet esse in predicto tempore per aucto
ritatem quandam hebreorum que est in li-
bro canhedrin in ca. quod incipit totus isra
el. et in libro Abadazara ca. i. vbi dicitur:
sic legitur in studio Helie sex mille anni est
mundus duo milia vanitatis. duo milia le
gis. et duo milia messe. Sed propter pecca-
ta nostra iam sunt extra magna pars. Iterũ
in eodẽ ca. dixit Helias rabi iuda nõ est mi
nus mundus q̃ꝫ quinquaginta quinq̧ iubi
lei. in vltimo iubileo vẽiet filius dauid. glo
sa Rabi salomon istud sũmat quatuor mil-
le ducenti et quiquaginta anni. et in vltimo
iubileo fili⁹ dauid veniet. Notũ est ꝙ mors
i messie fuit circa tempus, quando impleti
sunt quatuor mille anni a creatione mundi
et posito ꝙ non inueniatur punctualiter ꝙ
essent illa hora quatuor mille anni non est
mirum quia maior decõputatio q̃ꝫ sit hec in
uenitur in verbis dei in textu legis cuz deus
dixit abrahe. Scias ꝙ futurum est semẽ tu
um in captiuitate in terra aliena quadringẽ
tis annis. et quando fuerunt liberati dicit
textus ꝙ steterant. ccccxx. annis Et postq̃ꝫ
bene visitauimus computum. inuenim⁹ ꝙ
ex quo Iacob descendit in egyptuz vsq̧ quo
fuerunt liberati per manus moysi non tran
sierunt nisi. ccx. anni. Item si bene nũeram⁹
computum inuenimus ꝙ subiectio captiui
tatis non fuit nisi quasi centum anni. ergo
secũdum hoc non est mirum si doctor diui-
sit sex mille annos de duobus in duobus
milibus. ergo facta acciderunt circa illam di
uisionem modicum plus vel minus. Et po
sito ꝙ dicat aliquis ꝙ ſm auctoritatẽ illam
tẽpus aduentus redemptoris deberet esse ĩ
plenitudine quatuor milium annoruz post
destructionem templi intantum ꝙ saluatio
foret ducentis annis anticipata ante com-
putum doctoris, Dico ꝙ est mirabile quia
Esa. in fine capituli. lx: illud prenosticauit
dicendo. Ego dominus in tempore subito
faciam istud et qui habent oculos ad vidẽ-
dum possunt intelligere ꝙ rationabilius ẽ.
ꝙ aduentu saluatoris anticiparetur ex gra-
tia dei ducentis annis Ante tempus suum
q̃ꝫ in preteritum transeundo milleducenti ã
ni post quatuor mille non veniendo. Iterũ
ad ampliorem probationem dicte conclusi-
onis inuenimus quod dicit Talmuth ihe-
rusalem ista in libro berabot in capitulo ha
icore et me quarabetu. i. lamentatio magna
dicit sic. ¶ Accidit vni iudeo qui stabat la-
borando ꝙ dedit mugitum bos transiteq̧
vnus arabs audiuitq̧ uocem bouis et di
xit iudee fili iudei. solue. solue. solue. tuos
boues et tuum apparatum quia sanctuari-
um vestrum destruitur ¶ Iterum bos de-
dit secundũ mugitũ. et dixit ei arabs iudee
fili iudei liga tuos boues et prepara illos
quia natus est rex messias. ¶ Et dixit ei iu-
deus quod est nomen suum. ¶ Respondit
menahẽ. i. consolator. Dixitq̧ ei iterum iu-
deus et quomõ est nomen sui p̃ris Dixit ei

Ezechias.i.fortitudo dei dixit iterum iudeus Et ubi natus est dixit ei. In bethleem iude. ¶ Dicit rabi abon Et quid oportet discere ab arabibus quod textus clarus ē in Esa.x.qui dicit Libanus cum excelsis cadet et dicit stati p⁹ Et egredietur virga de radice yesse. Ex predicta auctoritate eliciuntur et multum bene quatuor conclusionis Prima quia aduentus messie fuit circa destructionē templi Secūda quod messie nomen est menahē quod sonat in hebraico cōsolator quia per manum eius fuit consolatum genus humanū d peccato Adam Tercia quod est filius dei quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem quod deus fortis. Quarta quod natus est in bethleē Item dixit Talmuth in berexit.raba antiq dicit rabi Simuel filius nabamā Unde probabis tu quod in die in quo fuit destructio templi in illa die natus est messias d quo dixit Esa.c.vlti. Anteq parturiret peperit anteq veniret partus etiā peperit masculū in hora qua fuit destructio templi dederūt voces israel sicut mulier existens in partu et dicit ionathas in translatione chaldaica anteq ei veniret angustia fuit saluata et ante q venirent dolores partus reuelatus est rex messias Item dicit in eodem libro rabi simuel filius Johānā semel ibat Helias p viam in die qua fuit destructum templum et audiuit vnam filam vocis.i.reuelationem clamantem et dicētē Templū sanctū vadat ad destructionē quādo illud audiuit helyas imaginatus est quō posset destruere mundū et iens inuenit homines arātes et seminātes et dixit eis Deus est iratus cōtra mundum et vult destruere domum suam et captiuare suos filios inter gentes et vos intromittitis vosipsos inuitis tpalib⁹ Exiuit altera reuelatio et dixit. Dimitte eos facere quia iā natus est saluator israhel Dixit ipse et ubi est ille dictum est illi In bethleē iude Iuit illuc et inuenit mulierem quandam sedentem in porta domus sue et filium eius inuolutum in sanguine et iacentē añ eā dixitq ei filia: filium peperisti:et dixit sic Et ait ei.Et qd est hoc quod sic est inuolutus in sanguine Rndit grande malū est quia in die in quo nat⁹ est destructū est tēplū Dixitq ei. Surge filia et accipe eum quia per manum suam debet eē magna saluator In illa hora surrexit mater et accepit puerū.et ipse recessit inde vsque ad quinque annos.et in fine quinque annorum dixit. Ibo et videbo saluatorem israel si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue et dixit ei Filia quid est de illo puero Respondit rabi Nonne dixi tibi quod cum malo nutritur quia in die qua natus est fuit templum destructum et vltra hoc quia habet pedes non ambulat oculos habet et nō videt Aures habet et non audit. Os habet et non loquitur et sic scatat sicut vnus lapis et dum ipse loqueretur cum ea insufflauit vētus a quatuor partibus mūdi et proiecit eū in mari magno et ea hora Helyas scidit vestimēta sua et emulsit capillos suos et dixit ve quia perdita est saluatio israel Et exiuit vna filia vocis id est reuelatō et dixit Helia Non est sicut tu cogitas sed quatuor centis annis habitabit in mari magno et.lxxx: annis vbi ascendit fumus circa filios chore: et.lxxx.annis in porta rome quod remanet annorum per omnes ciuitates vsque ad finē ¶ Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentum messie esse in destructione templi ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo. quod predicte auctoritates probat aduentum et destructionē fuisse eadem die sed veritas non est sic quia a die passionis vsque ad destructionem transierūt.xl.anni ¶ Hic potest dari optime duplex responsio ¶ Prima quod istud nomen dies accipi potest tripliciter scilicet stricte large et largissime. ¶ Primo accipitur prout sol est supra orizontem. ¶ Secundo accipitur pro.xxiiij.horis. ¶ Tercio accipitur pro omni tempore sicut inuenimus in Esa.ca.xix.vsque ad.xxix. Ubi sepe fit mentio d hoc nomine dies et necessario habet accipi pro maiori tempore q est annorum ¶ Secunda responsio est quod si templum bene durauit post passionem.xl.annis veritas tamen est quod in hora passionis perdidit templum omnem sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. ¶ Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem quam illam. ¶ Unde dicit Talmuth in libro de Ioma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decem miracula que facta erāt i domo sancta scz quod abortiuit ex odore carnis sancte Nō fetebat caro sācta aliquo

tempore nunq̄ apparuit musca in templo nunq̄ accidit pollutio sacramenti magno i die indulgentiarum Nunq̄ inuenta est macula in pane propositionis, et licet pedes starent in templo cum habebat humiliari spaciosi inueniebantur. Nunq̄ nocuit serpens nec alacerni iherusalem: Nunq̄ dixit vir socio suo strictum hospitium habui i iherusalem. Nunq̄ fuit sufficiens pluuia ad extinguendum ignem altaris. Et nunq̄ fuerunt sufficientes venti ad torquendū pilare fumi quod ascendebat de altari. Et dic transmaya et adhuc plures. q̄ ptes vasorū terrenorum que frangebantur in templo sūdebantur in eodē loco. et dicit abaye. et adhuc plume auium sacrificij et cinis altaris in censi oia fundebantur in loco suo. et totū hoc cessauit. xl. annis ante destructionē templi. sicut scriptum est. Signa nostra non vidimus non est vltra propheta neq̄ apud nos est sciens vsq̄ quo. ps. lxxiij: Item dicitur in eodē libro legunt magistri q̄. xl. ānis in quibus administrauit symeon iustus omni hora veniebat sors dei ad magnū dexteram. sed extūc aliquando in dextera aliquā do in sinistra. Itē clcopolone efficiebatur albus aliquando non. Item candela q̄ erat i occidente templi omnū hora erat incensa s extunc aliqn̄ incensa. et aliqn̄ extincta. Itē ignis altaris excedebat per seipsum et non erat necesse sacerdotibus mittere ligna nisi bis in die solum vt affirmaret preceptum q̄ habebat sacerdos de mittēdo ligna. Leuit. vi: Sed ex illo tūc aliquando excedebāt aliqn̄ non intantū q̄ sacerdotes non cessabāt ponere ligna tota die. Itē dicitur in Talmuth hierosolometista in libro de yoma in ca. q̄d incipit duo hyrci legūt magistri q̄. xl. annis ante destructionem tēpli iueniebāt extinctā candelam que erat in occidente et copolane stabat sp̄ rubeus et sors dei vēiebat ad manū sinistram et claudebant portas templi i sero et inueniebant eas aptas d̄ mane. et dixit rabi Johāni filius zachai. Templū templū quare nos terres. iam scimus q̄ tuus filius debet eē destructio. quia pro te prophetauit zacharias. ca. xi. Aperi libane portas tuas et comedat ignis cedros tuos: Ecce ergo clarissime quō. xl. ānis ante destructiōē qua hora fuit xpi passio cessarunt omnia miracula et perdidit tēplū sanctitatem suā. Et non solū tunc dicta miracula cessauerunt sz eadē hora amotū fuit sceptrum iuda. secundum illud quod ꝓphetauit iacob et scriptū est in libro canhedrin. i ca. quod icipit haud hod qui et in libro de abdozara in ca. i. dicunt sic. legunt magistri q̄. xl. annis ante d̄structionem templi fuerunt amoti canhedrī i. lxx. iudices consistorij gazit et fuerunt positi in hamith. declarat Rabisichim: locus erat in iherusalem qui vocabatur hamith. dicit rabiadin et ex illo tunc nunq̄ amplius iudicarunt iudicium criminale quia iudicium criminale non poterat fieri nisi in consistorio gazit et dicit rabimosse darsan q̄ nō auferetur sceptrū de iuda. hoc dicitur propter consistorium gazit quod erat in terra iuda et dux de femore eius. isti sunt canhedrin q̄ erant sedentes in consistorio. Gazit q̄d erat in terra iuda et dixit sic. Jacob canhedrin q̄ stabunt sedentes in consistorio gazit nunq̄ erant amoti a terra iuda iudicando iudicia criminalia quousq̄ veniat sylo qui est messias et dicit rabira chanum quando fuerunt amoti a consistorio canhedrin gazit et fuit eis amota potestas iudicandi iudicium criminale consueuerunt saccos super corpa sua: et euulserunt capillos suos et dixerunt ve nobis quia amotum est sceptrum iuda et filius dauid non venit. Qun multum non est cor de cecus bene potest videre clarissime quomodo sequitur ex omnibus supradictis auctoritatibus aduentus messie pro illa hora Verumptamen pro maiori sanctificatione potest videri hec veritas ex magna publicatione que ibat ex ore omnium gentium eo tempore de aduentu messie intantum q̄ q̄ videret illa hora regere que vnum qui regnabat in ciuitate iude qui dicebatur biter qui erat homo magne fortitudinis et victor preliorum cuius nomen erat bacoziba: statum reputauerunt eum messiam intelligentes q̄ in illa hora erat tempus assignatum aduentus messie dicitur in libro canhedrin in capi. quod incipit totus israhel q̄ barcoziba regnauit. xxx. annis cū dimidio et dixit doctoribus. Ego sum messias et rabi aquiba quando videbat barcozibam dicebat. iste est messias. Item dicit Rabimoysē de egypto in capi. de iudicibus in lectoribus regū. rabiaqba magnus sapiēs erat et d̄ maioribus tamulth erat et pōtabat arma barcozibe

regis et dicebat de eo ꝙ ipse erat rex messias
quousq̧ ipm interficat adrianus ꝑpter pec/
cata sua. Item possumus verificare predic
tam conclusionem ex ꝑphetijs danielis. s3
per illas .lxx. ebdomadas : quas tradit in
ix. capi. sui libri que non potest declarari ni
si p rege messia sicut dicit Rabimoises mgr̄
gerūdensis in glosa quā fecit super daniclē
vbi dicit sic. // Et vnguat sanctussanctorū
Iste est messias sanctificatus filiorū dauid
et dicit Rabimosse darsan. Et adducat iu/
sticia sempiterna iste est rex messias. Itē d. ē
in fine libri qui vocatur cederbaolā. Rabi
yose. lxx. ebdomade numerate sunt a destru
ctione primi templi vsq̧ ad destructionē tē
pli vltimi qui sunt. lxx. ānī captiuitatis baby
lonice. et. cccc. xx. quib⁹ durauit tēplum secū
dū. et in fine illorū debebat venire messias
et sic declarat gaon raby cabadias et Rabi
abraā abenazadra. Item predictā prophe
tiam exponit petrus alfonsi ꝯuersus multū
grate ſm antiquos hebreos declarando tē
pus aduentus messie sic dicens in libro da
nielis. Temp⁹ aduentus xp̄i sic est danieli
per angelum reuelatum. lxx. ebdomade sūt
constitute super populum tuū et super vrbē
sanctuarij tui vt consumetur preuaricatio et
finem habeat peccatum et deleatur iniq̄tas
et adducatur iusticia seculorum et impleat
visio et prophetie et vnguatur sanctussācto
rum. Scito ergo et aduerte ab exitu sermo
nis vt iterum edificetur ir̄lm vsq̧ ad cristū
ducē ebdomada septima et ebdomada. lx
due erunt et rursū edificabitur platea et mu
ri in angustia temporū et post ebdomadas
lxij. occidetur xp̄s et ciuitatem et sanctuariū
dissipabit populus cū duce vēturo et finis
eius vastitas. et post finem belli statuta de
solatio confirmabit autem pactum multis
ebdomada vna et in dimidio ebdomadis
deficiet hostia et sacrificium et i templo erit
abbominatio desolationis et vsq̧ ad con
summatōnem et finem perseuerabit desola
tio prophetia sancita clausa est et ad intel
ligendum difficilis et sunt ibi termini multi
designati sed nō omnes ad designādū cristi
aduentum sunt positi In primis igitur sciē
dū est ꝙ ebdomade iste ānorum sunt ebdo
made. cū igitur ait. lxx. ebdomade cōstitute
sunt super populū tuum et sup vrbē sanctu/
arij tui vt consumetur preuaricatio et finem

accipiat peccatum et deleatur iniquitas et ad
ducatur iusticia seculorū et impleat visio et
ꝑphetie et vnguatur sanctussanctorū. Cum
illud in ꝙ ait nominari voluit quia septies
septuaginta in. cccc. xc. anni erant constituti
ab eiusdē anni prophetia vsq̧ ad destructio
nem Hierusalē et tēpli que a Tyto Roma
norum imperatore facta fuit cuius destructi
onis tempore iam cristus venerat qui et iu/
sticia seculorum et sanctussanctorum erat p
quem etiam et peccatum omne et iniquitas
ē deleta et prophetia omnis impleta. Cete
ra autem omnia que sequuntur ad horum
cccc. xc. annorum diuisionem et declarationē
sunt posita per hoc autem ꝙ ait Ab exitu s/
monis vt edificetur hierusalem vsq̧ ad cri/
stum ducē ebdomade. lxx. innuitur ꝙ ab hu
iusmodi die prophetie vsq̧ ad Cyrū regem
Persarum qui ab ipso deo per Esaiam. xlv
cristus appellatus est fuerunt. lxx. annorū
ebdomade. i. xlix. anni. Cuius Cyri precep
to cepit iherusalem edificari in cuius reedi/
ficatione postꝙ consummatum est opus vs
q̧ ad aduentum Tyti super iherusalē. ccc
xxxiiij. anni fuerunt et hoc est quod dicit eb
domade. lxij. i. cccc. xxxiiij. anni erunt et rur/
sum edificabitur platea et muri in angustiis
temporum et posuit ebdomadas septem et
postꝙ occidetur cristus ciuitatem et sanctua
rium dissipabit populus scilicet romanus
cum duce venturo. i. Tyto et finis eius va/
stitas et post finem belli statuta desolatio.
Quod autem sequitur confirmabit pactum
multis ebdomada vna. illa profecto ebdo/
mada vna septem sunt anni obsidionis sep
ne i fortitudie tua letabit rex. ps. xx. dicitur sic. Quid voluit dicere Isaias in. c. xi. quando dixit. In illa die erit radix Iesse que stat in signu populorum ipsu getes deprecabut et erit sepulchru eius gloriosu: Dixit rabi hama non venit rex messias. nisi vt det gentibus seculi mandata sicut tabernacula palmes et philateria. Satis apparet ex intentione huius doctoris q deus debebat dare lege noua in qua essent mandata cerimonialia sicut in lege veteri. Et quia facit mentionem aliquaru cerimoniarum legis antique non apparet q sit sua intentio q messias deberet dare illas casde cerimonias. cu ca propter que date fuerunt in illo tempore sit iam preterita. et in tpe messie no est locus vt dentur. Item dicit in midras sirhasirim. i. i gl. canticoru super textu ca. primi vbi dicitur. Osculetur me osculo oris sui. dicit rabi. Iahyda. In hora i qua israel audiuerut ex ore dei. Duo prima madata legis fueruut firmati i cordib⁹ suis taliter. q no tradiderut obliuioni. Veniut ad moysen et dixerut: En rabi oportet q tu sis mediator inter deum et nos: sicut scriptum est. Exo. xx. Dixerut moysi Loquere tu nobis et audiemus non loquatur domin⁹ nobis ne forte moriamur. Ex illo tuc docebat eos Moyses legem: et qui addiscebant obliuioni tradebat et dixerunt Sicut moyses e carnalis et transies. sic doctrina sua transit a nobis et dixerunt Rabi. vtina vellet de secudo ostendi nobis. et ia oscularetur nos osculis oris sui. taliter q sua doctrina refirmaretur in cordib⁹ nostris Et dixit eis moyses. Hoc no potest ee mo sz in tepore Messie erit. quia sic scriptum e Hiere. xxxi. Dabo lege mea in visceribus eoru et in cordibus eoru scriba ea. hec ibi. Hec est illa lex qua cu magna instatia petebat dauid secud⁹ testis. in psal. cxviij. Lege pone mihi domine viam iustificationu tuarum: et exquiram eam semper. Hic pot queri a iudeis qua lege hic petebat a dno dauid no lege. moysi qz eam ia habebat. ergo aliam qz dicit. via iustificationu tuarum et hec non e alia nisi veri messie Ihesu nazareni que iustificat. lex eni moysi no iustificabat nec eius sacrificia patet qz illa sacrificia de per se. no placebant deo nec cum lege instituta sunt. Hiere. vij. Hec dicit dns: no sum locutus cu patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti. de verbo holocaustorum et victimaru sed sm q dicit Rabi Moyses de egypto. Ista sacrificia non fuerunt data nisi vt retraherentur a sacrificijs ydolorum et in signu huius non fuerunt data populo nisi p⁹ q populus ad ydolatria declinauit vitulu cosflatile adorando. Ideo voluit deus magis ea sibi offerri q ydolis: et de hoc pulcre tractat sanctus Tho. prima secude. q. ciij. articulo: iij: in corpore. et deinde per totu Itez ptz q sacrificia legis moysi non iustificauerut qz semp cu eorum oblatione requirebat oblatio sacerdotis ptz in leuitico: ¶ Sz qd si sacerdos esset malus et indignus: vtrum exaudiretur a domino: certe nihil valebat totum sacrificium. et hoc est q dicunt doctores theologi in quarto q sacrificia valebat non ex opere operato. sed ex opere operante Secus est de sacrificijs veri nostri messie iesu nazareni. que valent ex opere operante: et ex opere operato: vt patet in baptismo: qui quantuncuqz sit malus minister et pessimus etiam iudeus et infidelis quicunqz faciens quod ecclesia intendit baptismus complet suum effectum. ¶ Petebat ergo dauid legem veri messie Ihesu nazareni que iustificat dicens. Legem pone mihi domine iustificationum. etc. Hec est illa lex scilicet Ihesu nazareni data in monte syon non in monte synai. de qua tercius testis. s. Hieremias. c. xxxi. dicit. Ecce dies veniunt: id est tempora noui testamenti dicit dominus. et faciaz domui israel et domui iuda. i. fidelib⁹ christum confitentibus generaliter et credentibus de iudeis specialiter secundu quod dicitur Act. xiij. Primum vobis oportebat loqui verbum dei et cetera. fedus nouum. i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fedus non secundu pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti quod irritum fecerunt. ipsum multipliciter transgrediendo. sicut patet in libris Iudicum Reg. et Paral. Ecce q expresse dicit propheta legem veri messie. quam vocat fedus nouum siue pactum debere esse aliam a lege moysi et dicit non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua eduxi eos de terra egypti. scilicet cum dedit eis legem in mote synai. Quia ergo alia debebat esse lex messie promissi. s. ihu christi a lege

Moysi videnda est differentia inter vtranq3 legem que non vna sed multe incomparabiles dicte sunt de quib⁹ dat testimoniū sacra scriptura spāliter doctrīa beati pauli qui plenius ꝙ oēs alij autores noui testamenti locutus est ostendēs ꝙ qr īpleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q̄ prio erat. Et de diuersis ptib⁹ suaꝝ eplaꝝ colliguntur hic. xiiij. drīie. et addā vnā: vt sic sit xv. drīie que per ordinē sunt iste que sequūtur videlicet lex Moysi ē lex carnis. lex christi est lex spūs. lex Moysi ē lex timoris. lex xpi est lex amoris. lex Moysi ē lex figure. lex xpi est lex veritatis. lex Moysi est lex oneris pōderosi et sine cōmodo. lex xpi ē lex suauitatis. leuitatis et multi fructus. lex Moysi est lex seruitutis. lex xpi ē lex libertatis. lex moysi est lex que occidit. lex christi est lex que viuificat. lex Moysi est lex mortis. lex christi est lex vite. lex Moysi est lex q̄ est virt⁹ peccati lex christi est lex que est plenitudo grē lex Moysi est lex antiquitatis et debilitatis lex christi est lex nouitatis et fortitudīs. lex Moysi est lex vacua. lex christi est lex habundantie. lex Moysi est lex ipfectionis. lex christi est lex pfectionis. lex Moysi est lex noctis lex christi ē lex diei. lex Moysi est lex tenebrarum. lex christi est lux lucis clare. lex Moysi est lex misterium dānatōnis. lex christi ē lex iusticie et saluationis. lex Moysi est lex particularis. lex christi est lex generalis. Omissis primis. xiiij. pꝑter prolixitatem euitādā. q̄ diligens lector in predictis epistolis poterit inuestigare cōtra qualibet conditionem legis moysi poterit cōcludere nō ſm pactū etc̄. vt supra Vltimā solū pro presenti intendo pertractare cū hec sit inter ceteras ꝓpria drīia vtriusq3 legis. lex enim moysi fuit ꝑticularis ꝓpter multa. Primo qr lex serui. s. Moysi. Secūdo quo ad populū quia fuit data particulari et limitato populo. s. descendentib⁹ ab Abraham per Jsaac. Tercio quo ad p̄cepta cerimonialia sacramentalia et iudicialia que solum obligabant populum limitatum. s. iudeorum et non alios homines mūdi ꝓpter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat limitata et particularis quo ad locū. s. terre ꝓmissionis in qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum p̄ceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato. s. vsq3 ad aduentum Messie lex vero christi est lex vlis. Primo qr lex domini vniuersi sicut lex moysi lex serui. Secūdo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione qr mandat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. M. vlti. Et ꝙ baptizarēt oēs gentes et docerent non doctrinam Moysi serui sui. sed quam ipse dominus p̄cepit eis et ꝓpterea data et notificata lege que ē vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cū vna eēt icōpatibil' alteri et dico icōpatibilis n̄ solū qr obseruātia vtriusq3 nō potest esse in vna persona que ad plenum eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas ē respectu diuersarum personarum. cum vna lex q̄tum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. et in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate. regno vel imperio. sed a toto mundo. et ideo melius dicitur ꝙ vna lex alteraꝫ totaliter annullat. volo dicere ꝙ non potest esse lex dei ordinata ad salutem animarum quam obseruādo homo meretur paradisuꝫ nisi vna sola que est lex gratie cui est incōpatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege Moysi: quia vna particularis. et altera vniuersalis. ergo non secundum pactum et cetera. vt supra. et sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adueniente lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. Quo ad tercium punctum in quo querebatur ex quo verus messias debebat dare legem sicut Moyses. et aliam a lege Moysi: vtrum d̄buit scribere legē illam in pellibus. petris vel aliquibus alijs extrinsecas Videtur enim ꝙ fuisset valde rationabile ꝙ ipse fecisset aliquam librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet scientia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatum logica aristotelam. geometria euclidem. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vlti. parte summe. q. xlij. articu. iiij. ꝙ non fuit decens aut conueniens ꝙ christus legem suam aut aliquē librum de sua doctrina scriberet propter quīq3 rationes. ¶ Prima ne derogaret dignitati sue: Quia oportuisset scribere

miracula et sanctitatis opa p ipsũ facta et fa
mã quã habuit in populis que oia essent i
laudẽ sui que licet sine superbia scribere po/
tuisset in mẽbris tñ hominũ nõ careret arro/
gãtie nota. Secũda rõ ne tolleret auctorita/
tem suam spiritui sancto. licet ei indiuisa sit
opera trinitatis ad extra sm aug. in enchiri/
dion. et ad Pollẽtiũ. xxviij. q. i. Sic ei tñ cõ
mẽdatur patris auctoritas i mũdi creatiõe
Auctoritas filij in mũdi redẽptione et spiri
tussancti in hominũ interna inspiratione. et
scripturarum per sanctos conscriptiõe Vñ
Grego. dicit in plogo moraliũ. q sacre scri/
pture actor est spũssanctus Et apostolus. ij
ad Thimo. iij. q sacra scriptura est diuinit⁹
inspirata et vtilis ad docẽdũ. Quod autem
ad spiritũsanctũ pertineat scribere patet. qa
scribere est officium digitorum nunc autem
spũssanct⁹ est dextre dei digitus. Exo. viij.
et Luce. xi. Manus enim et lingue doctorũ
non sunt nisi instrumentum et calam⁹ spũssã
cti. vnde dixit dd. ps. xliiij. Lingua mea ca
lamus scribe. Tercia rõ nõ decuit q xps le/
gẽ et doctrinã suã scriberet in aliquo libro p
pter suam excellentiam singularem. scripta
enim ordinãtur ad impressionem doctrine i
cordibus auditorum sicut ad finẽ. Tũc sic.
excellentiori doctori excellior modus debet
attribui doctrinã tradendi et docendi. Sed
excellẽtior modus ẽ doctrinam in mentibus
auditorum imprimere sicut faciebat xps q
in libro scribere. igitur nõ debuit scribere le/
gem suã. Vñ pitagoras et socrates et phi an
tiqui q fuerũt doctores excellẽtissimi istum
modũ tenuerũt q nũq aliquos libros scri
pserunt et hec est ratio formaliter scti Tho
me. Quarta rõ est vt legẽ nouam a veteri di
stingueret et separet. lex eni vetus dicitur lex
scripta etiã digito qtũ ad precepta moralia
Si noua esset scripta per xpm etiam posset
dici lex scripta. Quia igitur illa fuit lex timo
ris fuit scripta in libris et codicibus. qz ista
amoris fuit scripta solũ in cordibus Quita
ratio et vltima est propter regiã excellentiam
demõstrandã. xps eni fuit rex Ihũs nazare
nus rex iudeorum. Joh. xix. Et decet regiã
maiestatẽ q sua dicta et facta p suos notari
os scribãt et nõ p se sicut fecerũt quatuor euã
geliste xpi ihũ veri messie notarij. Sic ergo
patet q xps non debuit legẽ nouã per se scri
bere in aliquibus extrinsecis sz ex amore scri

psit eã i cordib⁹ fideliũ. sicut dicitur i supra/
dicta auctoritate Ihere. sz dabo legẽ meã in
visceribus eorum. et in corde eorũ scribã eam.
Ex predictis satis claret q ver⁹ messias de
buit assimulari. Moysi in dãdo legẽ. et q nõ
debuit dare talẽ legẽ sicut erat antiqua sed
legẽ nouã. et q illã nõ debuit scribere per se
in aliquib⁹ extrinsecis: sz in viscerib⁹ et in cor/
dib⁹ fideliũ. que oia ad litterã ipleta sunt in
ihesu xpo saluatore nostro. Quo ad quartũ
punctũ quod est de excellentia legis noue licz
ex supradictis differẽtijs clareat manifeste
specialius tamẽ eius excellentia declaratur
ex sex gradibus perfectiõis. Prim⁹ ẽ ex ostẽ
tiõe cognitiõis dei. Secũd⁹ ex cõtẽtorũ rati
onabilitate in mãdatis vel monitis. Terci
us ex miraculorũ claritate. Quart⁹ ex eccl'e s
stabilitate. Quintus ex diuina bonitate.
Sext⁹ ex amenissima promissorum icõpabi
litate. ¶ Circa primũ gradũ notandũ ẽ q
lex mosayca quo ad fidẽ vnius dei erat ipse
cta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia
vnius dei et etiam christi in quodam gene/
rali. non tamen fuit ibi noticia explicata tri/
nitatis personarum in vnitate essentie. nec p
consequens incarnationis. Cuius ratio est
quia sicut cognitio naturalis procedit de im
perfecto ad perfectum. vt dicitur. i. phisicorũ
vnde et pueri vocant primo omnes viros
patres et omnes feminas matres. et postea
distinguunt. Ita similiter supernaturalis co
gnitio minor fuit in lege veteri q in noua.
in qua per christum veritas lucide est reuela
ta propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pa
ter manifestaui nomen tuum hominibus
quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit
expresse trinitatem personarum patrem no
minãdo a quo eternaliter processit per gene
rationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre et
veni in mundum. scilicet in vtero beate vir/
ginis carnem assumendo spiritũsanctum p
mittendo. Jo. xv. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre ecce proces
sus spiritussancti ab vtroqz. ¶ Nominauit
etiam expresse trinitatem personarum in for
ma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes do/
cete omnes gentes baptizantes eos. scilicet
In nomine patris et filij et spiritussancti.
¶ Manifestauit etiam vnitatem essentie.
Johan. x. dicens. Ego et pater vnum su/
mus. Hoc est qd Johannes in sua prima

canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui te/
stimoniū dant in celo. pater verbum et spūs
sanctus. et hi tres vnum sunt. In figura hu
ius Moyses loquebatur ad populum vela
ta facie. vt habetur Exo. xxxiiij. quia myste
ria fidei nostre erant figuris et enigmatibus
velata. sicut supra late declaratū fuit In fi
gura etiam huius velum templi fuit scissū
in christi passiōe ad ostendendum q̄ decla/
rata et manifestata erāt que prius latebant
sub velamine. ppter quod ipsa lex noua tan
q̄ perfecta in cognitione est donum perfectū
descendens a patre luminum. vt dicitur ia/
cobi primo patet ergo q̄ cognitio dei perfe
cta est in lege noua que imperfecta fuit ī ve/
teri ppter quod patres veteris testamēti po
terāt dicer illud quod scribit. i. ad Cor. xiij
Ex pte cognoscimus et ex pte pphetamus.
i. imperfecte. Secundus gradus quo ōndit
q̄ lex noua pfectissima est ex cōtentorū rōa
bilitate. vel mādatis vel monitis. quod vt
clarius videatur ostenditur īperfectio legis
mosayce quo ad totū corp⁹ suum. s. quo ad
p̄cepta moralia et iudicialia et sacramētalia
et cerimonialiā. Primo enim in lege moysi
p̄cepta moralia fuerunt imperfecta. et dicun
tur moralia p̄cepta illa que sunt de dictami
ne rationis etiam si nulla lex esset sicut est il
lud mandatum quod scribitur. Exod. xx.
Honora patrem tuum et matrem tuam etc.
Et similiter illud quod p modum monitio
nis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite
consurge. et honora personam senis et simi
lia. Quod autem ista fuerunt imperfecta de
claratur dupliciter. Primo quia p̄cepta mo
ralia in lege Moysi ordinabant actus ho/
minum exteriores tantum ppter quod apo
stolus ad Romanos. iij. vocat legem mo/
ysi legem factorum. De actibus autem inte
rioribus in quibus consistit bonum moris
nihil ordinabat aut parum: ¶ Sed contra
hoc est quod habetur Exo. xx. et Deute. v.
Nō cōcupisces vxorē primi tui et cetera. di
cendum est secundum antiquos doctores q̄
talis concupiscentia non prohibebatur inq̄
tum erat omnino latens in corde: sed inq̄/
tum prorumpebat exterius per aliqua signa
vt per verba scurrilia. impudicos tactus et
oscula et cetera. huiusmodi Ideo sic expo/
nunt Nō cōcupisces. i. signa concupiscentie
non facies. Unde ad Phil. iij. dicit glo. q̄
lex vetus phibebat manum nō animū vel
dicēdū sm alios q̄ lex vetus phibebat cō/
cupiscentiam animi latentem hoc tñ erat in
paucis. s. in mechia et furto. Item in istis in
sufficienter phibebat cōcupiscentiam: quia
non puniebat transgressores. et sic patet q̄
insufficienter lex mosayca ordinabat actus
interiores. Secundo declaratur sic. quia lex
mosayca etiam actus exteriores ordinabat
sicut patet Deutro. xxiij. vbi dicitur sic. Non
fenerabis fratri tuo pecuniam ad vsuram.
nec fruges. nec aliquam aliam rem sed alie
no. Ibi enī pmittitur vsura cū alienis pso/
nis: quod est illicitum cōtra dictamen recte
rationis. Item Deutro. xxiiij. pmittitur vi/
ro dare libellum repudij etiam causa inde/
bita. Unde ibidem subditur Si acceperit ho
mo vxorem. et habuerit eam. et non inuene
rit gratiam in oculis eius ppter aliquam fe
ditatem. scribet libellum repudij. et dabit in
manu eius. et dimittet eam de domo sua.
Indiuisibilitas autem per totam vitam est
de dictamīe rōis naturalis. et sic patz q̄ lex
vetus īpfecta fuit in moralibus Et ppter
hanc īpfectionē lex mosayca dicitur peda/
gogus noster. ad Gal. iij. i. regula puerorū
et imperfectorum in quib⁹ nō queritur pfec
tio interior. Sed ab exterioribus inhone/
stis timore discipline reprimuntur. Et in ac
tibus exterioribus multa eis permittuntur
que non permitterentur viris pfectis. ppter
quod Aug. li. de spiritu et littera exponens
illō. ij. Cor. iij. littera occidit et cetera. dicit
hoc non tantum de cerimonialibus intelli/
gendū est. sed etiam de moralibus veteris
legis. quia. s. non prohibebantur aliqua q̄
de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. p
pter quod dicitur Ad Ro. iij. Ex operibus
legis non iustificatur omnis caro. Sed lex
noua perfecta est in moralibus. quia perfec
te ordinat actus humanos non solum exte
riores sed etiam interiores. et in hoc īperfec
tōez legis supplet ppter qd dicit saluator īp
fectōz legis adīplēdo. M. v. Audistis q̄ dic
tū ē āntiqs. ñ occides. q̄ aūt occiderit re⁹ erit
iudicio. Ego āt dico vobis. q̄ oīs q̄ irascit
fri suo re⁹ erit iudicio. in quo ordiat motū i/
teriorē vt ptz. Similiter lex noua act⁹ exteri
ores ordinat nullū malū pmittendo ppter
qd dicit saluator. M. xij. Dico aūt vob q̄m
de omni verbo ocioso quod locuti fuerint

boīes super terraȝ reddent ratione͂ in die iu diciȷ. Si autem bis ꝓhibet verbū ociosum per cōsequens verbū nociuū. Et multo forti us omnem actū malū propterea Math .v: post suppletione͂ p̄ceptorum moralium ve teris legis cōcludit perfectōem euāgelicā di cens: Estote ergo perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. perfecit autē christus moralia precepta legis. etiam cōsilia euan gelica sup̱addēdo. propter quod Mat . xix: Juueni dicenti se custodisse mandata legis et querenti vlterius viam perfectionis. dicit saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis per fectus eē. vade et vende omnia que habes et da pauperibus. et habebis thesaurum i celo: et veni et sequere me. Secundo in lege moysi iudicialia precepta erāt imp̱fecta. qđ patet ex duob⁹. Primo ex modo inducendi homines ad obseruantiaȝ iusticie. ad quod ordinabantur iudicialia precepta. Secūdo ex ipsis preceptis. primū pȝ sic. ꝓprium est hominū iperfectorū vt inducant̄ ad iusticiā obseruandā timore pene. Unde dicit Ora cius libro epistolarum. Oderūt peccare bo ni virtutis amore. Oderūt peccare mali for midine pene. Hoc etiam declaratur ratione quia illud quod cū timore fit penale est et n̄ delectabile. Uñ dicit̄. i. Jo. iiij. timor penā habet. Op̱ari autē virtuose nō ē pena virtu oso et p̱fecto sed magis delectabile, ꝓpt̄ qđ dicitur .ij. ethi. ꝙ signū hītus generati est de lectatio in opere. lex moysi inducebat homi nes ad iusticiam obseruandam per timorē penarum. ꝓpter qđ dicitur lex timoris. Et in signum huius lex fuit data in terroribus vt pȝ Exo. xix. Jam aduenerat dies tercius in quo. s. data est lex. Sequitur Et ceperunt audiri tonitrua et micare fulgura . et nubes densissima operire montē. clangorq; buccie vehemētius perstrepebat. Timuitq; popu lus qui erat i castris. Et similiter facies mo ysi apparuit cornuta quando secūdo appor tauit legē in tabulis descriptam. et timuerūt filij israel. vt hētur Exo. xxxiiij. In cordib⁹ enim illis designabat̄ terror et feritas legis patet ergo primum videlicet imperfectio iu dicialium preceptoꝝ ex modo inducēdi ad opa iusticie. s. per timorem pene. Secundo idem patet ex ipsismet preceptis iudicialib⁹ que aliquando infligebant penam innocē ti. et aliqñ culpabilem non puniebant. Pri

mum pȝ p̱ illud quod habet̄. Numeri. xxx v. de homicidio oino casuali. vbi dicitur tal qui fortuitu et absq; odio et inimicitijs iter ficiebat hominē debebat confugere ad vnā ciuitatem refugij. et ibi manere vsq; ad mor tem summi sacerdotis. qđ erat aliqñ p̱ ma gnū tp̄us. Talis qui erat innocēs cum ho micidium erat omnino casuale et inuolūta rium sine culpa puniebatur graui pena. q̄a oportebat eū exulem esse per magnum tp̄s a sua ciuitate et a sua possessione. Secūdum patet vbi subditur de tali fugitiuo innocēte ꝙ si infra terminos vrbium inuentus fue rit. et p̱cussus ab eo qui vltor est sanguinis absq; noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim ꝓfugus vsq; ad mortem summi sacer dotis in vrbe habitare. et sic patet ꝙ interfe ctio innocentis in tali casu remaneret sine pe na: que tñ est grauis culpa. Talis autē im perfectio legis cōueniebat iperfectioni po puli qui erat pronus ad effusionem sangui nis. et ideo interfector a casu remanēs i sua ciuitate inter amicos interfecti. erit in pericu lo mortis ꝙuis innocens. et sic de facili pos sunt in populo homicidia multiplicari. Et ideo ad hec mala vitanda data est lex predi cta de eius fuga. ꝙuis esset innocens: Et ea dē ratiōe p̱cebat lex. Si aliquis amic⁹ mor tui interficeret eum extra fines ciuitatis refu gij vt sic cogeretur in vrbe remanere non ex sua culpa. sed propter homicidia vitāda ad que populus tanq̄ imp̱fectus erat ꝓn⁹. exē plū idoneum ponit philosoph⁹ quito ethi corum dicēns ꝙ aliquando leges sunt sicut regulis quibus vtunt̄ artifices in lesbia ad dolādū lapides. q: lapides illi⁹ regiōis sūt male dolabiles ideo vtuntur artifices regu lis plumbeis vt possint tortuositati lapide applicari. sic in veteri testamēto date sunt le ges aliquam imp̱fectionē habētes ꝓpter i p̱fectionē illius populi. lex tñ euāgelica ꝙ tū ad iudicialia est p̱fectissima. q: iducit ad obseruantiā legis non per timorem pene. sȝ p̱ amorem iusticie quod est proprie p̱fectoꝝ vt supra dictuȝ est. ꝓpter quod lex noua me rito dicitur p̱fecta scđm ꝙ dicit̄. Jacobi. i. Qui āt p̱spexerit i lege p̱fecte libertat[. i. in lege euāgelij q̄ ducit hoīeȝ ad p̱fectionē et liberat a seruitute timoris et seruitute pecca ti. sicut dñs ait Jo. viij. Si mānseritis in ser mōe meo vi discipli mei eritis] et vos ꝯgnosce

tis veritatem et veritas liberabit vos. Item quia nullum innocentem punit nec aliquod malum impunitū reliquit. qr etiā verba ociosa punienda ondit vt supra dictū ē. et non solum verba ociosa: sed malas cogitatiões. scdm quod dicitur Math. v. Ego dico vobis q quicūq vident mulierem ad concupiscēdū eā: iā mechatus est in corde suo. propter quod lex noua est perfecta. de qua pōt expo ni illud canti. vi. Una est colūba mea perfecta mea. Dicitur etiam lex noua colūba metaphorice quia est sine felle amaritudinis nullum innocētium puniens. Dicitur etiam pfecta quia nullum malum permittens et sic apparet perfectio legis euangelice qntum ad iudicialia. ¶ Tercio declaratur quō sacramēta veteris legis erant iperfecta. Ad cui⁹ euidentiam considerandum q illa sacramēta erant ordinata ad faciendum homines idoneos ad cultū diuinū. et iō aliqua erāt cōia toti populo tam viris q mulierib⁹ vt purificationes alique a tactu imūdi vel mortui q purificationes fiebant per aspersionem aque expiationis: de qua habetur. Numeri. xix. et similia. Aliqua autem erant soli viris conuenientia sicut circūcisio aliqua solis sacerdotibus sicut consecratio et vnctio sacerdotis et hmōi. Cuius ratō est q sacerdotes applicabātur speciali modo ad cultū dei. Ista tamē sacramenta predicta erant imperfecta quia non conferebant gratiam sine qua nō efficiuntur homines idonei ad cultum diuinum. Ideo sacramenta legalia dicuntur egena et infirma: Ad gal. iiij. vbi dicitur sic Nunc autem cum cognouistis deum immo cogniti estis a deo quomodo conuertimini iterum ad egena et infirma elementa. Dicuntur autem infirma. quia non conferebant aliquam potestatem spiritualem. sicut conferunt sacramenta noue legis. Similiter dicūtur egena. quia non conferebāt grām q necessaria est ad bene vtendū illa potestate. Sz cōtra hoc videtur quia in Exo. et Leui. quasi vbiq dicitur qr illa sacramēta reddebant hoīes idoneos ad cultū diuinū. dicit q talis idoneitas erat p quādā mūdiciam et expiationē corporalē sicut in noua lege qs dicitur ineptus ad ministrandum et celebrādū ppter imūdiciam manuū. lotio manuū reddit eum aptum. sed hec aptitudo est tantum corporalis. Sic erat de aptitudine que dabat per sacramenta veteris legis. Et propter hoc dicuntur illa sacramēta emūdationes carnis vt habetur ad Hebr. ix. vbi dicitur sic. sanguis hyrcorū qui. s. offerebatur in consecratione sacerdotū et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu mortuini vel imūdi vt dictū est inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis. i. corporis. qr sicut dictū est talia non conferebāt grām sed auferebāt quedā impedimēta seu irregularitates ipedientes a tabernaculi ingressu sicut in noua lege patet p exēplū qn enim per prelatos dispēsabatur cū aliquo illegittime nato vel priuato vno oculo vel hmōi nō cōfertur ad hec sibi gratia sed tantum tollitur irregularitas. Sed ɔtra hoc videtur quia secundum doctrinam sanctorum circumcisio tollebat peccatum originale et per cōsequēs conferebat gratiam vt communiter tenetur. Dicendū secundum antiquam opinionē q tollebat peccatum originale non tamen conferebat grām. hec eīn erat ptās circūcisiōis vt tenet a multis et magnis doctorib⁹ quorum rationes ppter plixitatē omittuntur et in hoc differebat a baptismo qui non solum auferebat peccatum originale. sed ɔfert gratiam: Aliter pōt dici q si in circūcisione grā cōferebat hoc nō erat in virtute illius sacramenti sed in fide xpi venturi quē ptestabat ille qui circūcidebatur si adultus erat vel alius pro eo si puulus erat. Et hoc est quod dicitur communiter q valebat ex fide suscipientium. non autem ex opere operato. p quē modū valent sacramenta noue legis. patet igitur q sacramenta veteris legis erant imperfecta. Sed lex noua perfecta est qntum ad sacramenta quia illa conferunt gratiam qō illa non faciebāt vt dictum est. propter qō dicitur Joh. i. Lex per moysen data est gratia et veritas per ihm christū facta est ppt hec de Johāne baptista qui per suam predicationem et baptismum disponebat populum ad xpi baptismum et per consequens ad alia sacramenta cum baptismus sit ianua oium sacramentorum. Luce. i. dicitur ipse precibit ante illum in spiritu et virtute helye parare domino plebem perfectam. Sunt ergo ablata sacramenta veteris legis et introducta. vij. sacramenta noue legis in quib⁹ tāq perfectissimis sacramentis deus attulit nobis causas salutis spiritualis. ¶ Cause āt

salutis spūalis nō sunt nisi quatuor sicut et quatuor sunt cause salutis corporalis. s. cu/ratiua. cōseruatiua. preseruatiua et meliora/tiua. Curatiua est duplex. quedā em̄ totaliter et simul curat vt baptismus culpā et penam oino delens quantū in se est quedā vero paulatim vt pnia. Conseruatiua est vt cōfirmatio. in hac em̄ datur spiritussācꝰ ad robur et confirmationem gratie que data est i baptismo Preseruatiua est matrimonium i quo concupiscentia carnalis in ruinam tur/pitudinis prona excipitur honestate nupti/arum ne ruat in mortale peccatum melioratiua est ordo in qua gratia melioratur vl' augmētatur vel etiam extrema vnctio que hoinem in meliori statu ponit et securiorem reddit. Est quoqꝫ quedā alia medicina predi/cta quatuor sola faciens. s. eucharistia quo/niam et venialia curat et ab eis animā pseruat: gratiam quoqꝫ conseruat. q2. ps. ciij. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiam augmētat. ¶ Quarto in lege moysi cerimōialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ cerimonie veteris le/gis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta. quedam ad sacrificia. quedam ad obseruationem. et q̄/dam ad sacra. Sacra autem et obseruatio/nes ordinantur ad sacrificia et ad sacramenta quia sacra dicuntur vasa et loca et huius/modi quibus vtebātur in sacrificijs et ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebant iu/dei qui erant populus pecularis ipsius dei vtpote ꝙ custodirēt se ab aliquibꝰ cibarijs potibus et vestibus et similibꝰ ex hoc quia erant populus deo consecratus per sacram̄tum circuncisionis et alia sacramēta. Nunc autem ita est. ꝙ ex fine accipitur ratō eorum que sunt ad finem et ideo ostenso ꝙ sacrifi/cia et sacramenta imperfecta erant sufficien/ter erit ostēsum ꝙ sacra et obseruatiōes erāt ipfecta. q2 ordinabāt ad duo predicta sicut ad finē vt prꝰ dictū est. Qō autē sacrificia veteris legis eēnt ipfecta oñditur. q2 quedam erāt sacrificia p peccatis oblata et hec erant ipfecta. q2 nō poterant auferre peccata pp/ter quod dicit aplus ad Hebr. x. Impossibile ē sāguie hyrcorū et thaurorū auferri peccata. Et iterum ibidē. Ois quidē sacerdos. s. veteris legis presto. est quotidie ministrās et easdē offerens hostias q̄ nō possūt auferre peccata. Et idē habet. Esa. xl. Libanꝰ vero sufficiet ad succēdēdū et animalia non suffi/cient ad holocaustum. Libanus autem hic vocatur primum tēplū quod fuit factū de lignis libani. Alia autē illa oblata quantū ad ptē cōcremata nō sufficiebāt ad amo/tionē peccati. Alia aūt erāt sacrificia pacifica. ex deuotione oblata ad grām dei impe/trandā seu ad aliquod beneficiū diuinū. et illa erant ipfecta. q2 gratia diuina seu be/neficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris lꝫ aliquando daretur ppter oblationem et fidem offerentis. Et hoc est quod dicit apostolꝰ ad Hebr. ix. Tabernaculū factū ē primū. etc. Sequitur q̄ est parabola tpis instantis. iuxta quā munera et ho/stie offerūtur que nō pñt sm̄ cōsciam pfecū facere seruiētē q2 perfectio conscie est donū grē. Et sic p3 ppositū ꝙ lex moysi q̄tū ad cerimonialia et sacrificia erat ipfecta.

¶ Sed lex noua pfectissima est q̄tum ad sacrificia: q2 ipsa est vnū sacrificiū pfectissimū scꝫ eucharistia que nō tm̄ est sacramētū sed etiā sacrificiū q2 ibi xp̄s queadmodū imolatur et fructus sue benedicte passiōis a populo pcipit. Istud autē sacrificiū tanq̄ vnū et pfectū fuit in lege figuratū per multa sacrificia et varia sicut perfectū per ipfecta. Eius autē pfectio apparet in duobus. q2 prio tollit peccata quod nō poterāt facere legis sacrificia. ppter qd̄ dicitur. Joh. i. Ecce agnꝰ dei ecce qui tollit peccata mundi. sm̄ ꝙ dicit beatus Jo. i. canonica. iiij. ca. Ipse est propi/ciatio pro peccatis nostris. nō p nostris autem tm̄. sed p totius mūdi Secūdo apparꝫ eius pfectio q2 augmētat grām sm̄ ꝙ dicit Joh. vi. Qui mādùcat me viuit propter me scꝫ p augmētū gratie. De hoc sacrificio panis et vini in Beresith raba. i. in genesi magno: Rabimosse darsan super textum gen̄. c. xiiij Melchisedech rex salem offerens panem et vinum. Erat ei sacerdos dei altissimi dicit rabismulthel filius nahamā. Iste melchisedech erat sem filius noe. et quid voluit dicere proferens panem et vinum. ostendit no/bis ꝙ decuit ei actus sacerdotij qui erat sa/crificare panem et vinum et hoc est quod dixit. ps. in psal. cx. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum sm̄ ordinem melchisedech. Et quis ē ille. Ille

est rex messias. ppter quod scriptū est. Ecce rex tu⁹ venit tibi iustus et saluator ipse: zach ix. Et in hoc q̄ dicit pferēs panē et vinū cō cordat cū ps. qui dixit. ps. lxxi. Erit firmamētū in terra in summis mōtiū. vbi dicit trāslatio chaldaica. erit sacrificiū panis i terra i capitibus montiū sinagoge. Et cū ille. ps. lxxi. Deus iudicium tuū regi da sm doctores talmuth totus loquatur de messia. qcū/ q̄z si non est cec⁹ potent videre sm predictam translationē chaldaicā q̄ messias erit firmamētum in terra in altitudine montium sinagoge qui montes synagoge et ecclesie sunt sacerdotes qui quotidie de facto eleuāt messiam super capita sua. et est ita clarū q̄ non possunt negare nisi illi super quos venit maledictio: Esa. In cecitate oculorū vt cordis hoc est ergo vnicū sacrificiū excellentissimū legi noue in pane et vino. quod sacrificiū ē ipsemet messias et sic pfectio legis euangelice patz ex perfectione sacrificij. Et cū omnes cerimonie ecclesie sint precipue ppter istō sacrificium: sicut ppter finē. sequitur q̄ cerimonie xp̄ianorū sunt perfectissime Nec est mirādū q̄ in lege noua fiant cerimonie que aliquid figurent sicut figurabant cerimonie veteris legis. Cerimonie em̄ ordināt̄ur ad cultū diuinum. Et sm q̄ dicit Augusti. in enchiredion. c. iij. De⁹ fide spe et charitate colitur loquēdo de cultu interiori qui est per fidē et charitatē. Est ergo triplex status hois in quo habet̄ fides et spes de bonis celestib⁹ et de his p̄ que ad ipsa introducimur. sc̄z de mysterijs xp̄i. et de vtrisq̄z sicut de futuris et hic ē status veteris testamti in quo habet̄ fides de bonis celestib⁹ sicut de futuris. ¶ Sed de his per q̄ introducimur ad celestia sc̄z de mysterijs xp̄i. sicut de p̄ntib⁹ uel de p̄teritis est status noue legis. Tercius stat⁹ ē in quo vtraq̄z habent̄ tā q̄ p̄sentia et euidentia et nihil creditur. et hic ē status patrie celestis in hoc autem statu tercio vbi nihil creditur nihil est cerimoniale vel figurale ad cultū ptinēs. sm q̄ dicit̄ Apocal. xxi. Templū nō vidi in ea dominus enī deus omnipotēs tēplū illius est. Pari igitur ratione adueniēte secūdo statu. s. noue legis cerimōie primi status. s. veteris legis cessare debuerūt et induci alie que cōuenirēt statui noue legis. in quo bona celestia expectant̄ de futuro. sc̄z bn̄ficia xp̄i habita sunt de preterito. Et ideo q̄r cerimonie veteris legis significabant xp̄m vēturū. dignum est vt sic euacuaretur in noua lege in qua mysteriū xp̄i iam est preteritū et hoc est qd̄ dicit apl's ad Hebr. ix. trāslato sacerdotio necesse est. vt legis translatio fieret q̄ntū. s. ad cerimonialia thurificatione tātū excepta. q̄r nō significabat mysteriū xp̄i directe sed deuotionē populi ad xp̄m. nūc autē debet esse non minor deuotio ad ip̄m iam presentialiter exhibitum q̄ erat tūc ad ipsū vēturū. ppter quod in noua lege manet thurificatio per quam designatur ministrorum ecclesie et ipsius populi deuotio. Innumerē autē sunt i lege noua cerimonie. Et si nūq̄ aliud attenderēt iudei et pagani nisi excellētia cerimoniarū in ritu xp̄iano: Istud solū deberet conuincere cecitatē eorum sicut patz de ornamentis sacerdotalibus et ministrorum et de alijs que cum tanta solennitate fiunt in altari et in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus et simplicibus quales etiam cerimonie fiūt i choro a cantoribus et organis q̄ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu i crucibus et calicibus aureis et argenteis. ceterisq̄z vasis et reliquiarijs in quibus reliquie sanctorum qui pro xp̄o mortui sunt vel cū fidelissime secuti sunt honorifice conseruant̄ Mirabantur iudei vnum templum Salomonis sed i stuporē cōuertantur pre multitudine et magnitudine ecclesiarum xp̄i i toto orbe constructarum. Mirentur altitudinē et pulchritudinem turrium in quibus armonia dulcissima resonat campanarum que p laudibus diuinis et pro conuocatione populorum et pro terrore demonum mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimonijs romane curie in summi pontificis imperatorum et regum vnctione. Quid de consecratione episcoporum ecclesiarum altariū vasorum et vestimentorum que omnia admiranda et stupendissima sunt cum christo et in admirationem conuertūt deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei: s. et infideles super omnia in vna et eadem fide tantā diuersitatē religionum: vbi homines a seculo fugientes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris qui licet diuersis cerimonijs pro conseruatione religionum quasi quibusdā muris vtūtur sicut nucleū in testa conseruatur. et mel i,

fauo et ciuitas in muro. In substātia tamē eiusdē fidei nullatenus discrepātes ad vnū beatitudinis terminū nitūtur peruenire.
Sic ergo patꝫ in sūma colligendo ꝙ lex no/ua que euāgelica dr̄ perfectissīa est in mora libus.qꝛ ea implentur addita perfectōe.qꝛ illi precepto nō occides additur non irasci. Et illi nō mechaberis additur non concupi scere ex visu. Et illi non ꝑiurabis addit̄ nō iurare oīno.i.sine ltīma cā et sic ꝺ alijs. M. v. Et ab illo ꝑmisso vsure alieno tollitur ip fectio date mutuū nihil inde sperantes Lu ce.vi. Et illi de libello repudij addit̄ si quis dimiserit vxorem nisi ob fornicatōnem me chat̄ et qui eam duxerit similiter mechatur Math.v. Et sic tollunt̄ impfectōnes taliū ꝑ missoꝝ in lege veteri Si queras vtꝝ mora/lia ꝓcepta possint dici euacuata simplr̄ Re spōdet̄ ꝙ moralia ꝓcepta fuerūt euacuata tātummodo ꝯm quid.s. ꝙtum ad impfecti onem. cui⁹ ratio est quia sunt de dictamine recte rōnis et iō manēt ꝙtum ad substāciam ꝓcepti. remota tantuꝫ impfectione sicut dic tum est qꝛ quando ex impfecto fit ꝑfectum non tollitur terminus a quo sed tm̄ ei⁹ imp fectō sicut qn̄ ex minus albo fit magis albū non tollitur albedo precedens.sed tm̄ eius impfectio: Non est sic de cerimonialibus veteris legis qꝛ cōtrariāt̄ noue legis cultui et quādo fit mutatio de vno cōtrario in al/teruꝫ oportet termini a quo totaliter euacu ari sicut quādo ex albo fit nigrum albedo tollitur. Cerimonie veteris legis dicūtur cō trarie cerimonijs noue legis qꝛ ille figura/bant xp̄m venturū et iste iam de preterito ad uenisse.et iō totaliter cessare debuerūt Etiā lex noua est perfectissima in iudicialibus ex amore ad iusticiā inducēdo.innocētē nō cō dēnādo.nec aliqd̄ malū ipunitū relinquē/do et ipleuit xp̄s iudicialia precepta. et i eo qd̄ iusticie addidit equitatē misericordie vt pꝫ in absolutione adultere. Jo.viij. Justi/cia enim ꝯm rigorem diminuta est a miseri/cordia que superexaltat iudiciū. Jaco.ij.
Sed nunquid iudicialia precepta veteris le gis totaliter euacuata sunt. Respondet̄ ꝙ quando corrumpitur terminus a quo illud per accidens quod est ei adiunctum corrum pitur potest tamē manere cū termīo ad quē si non habeat ad ipsū cōtrarietatē nō tamē manet idem numero sed specie tm̄. Sic quā do de aere fit ignis corrumpitur aer et mācet in igne qualitas symbola eadē specie.s.rari tas: talia sunt iudicialia veteris legis. quia adueniente lege grē. cessat etiā eoꝝ obliga/tio possūt tm̄ aliquis princeps ordinare ꝙ s/uarent̄ in regno suo ita tamē ꝙ non reputa ret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio autē predicti est. quia iudicialia precepta ꝑ se et directe non erant ordinata ad significā dū aliquid futurū sicut erant cerimonialia sed erant ordinata per se et directe ad seruan dū ordinē iusticie in populo iudaico vt su/pra dictū est. Quia tm̄ stat⁹ illi⁹ populi erat figuralis totus respectu xp̄i. vt dicit ap̄ls.i. Cor.x. oīa in figura contingebāt illis. ꝑ cō sequēs precepta iudicialia illius populi e/rant figuralia non directe sed ex cōsequenti Et ideo si aliqui seruarēt ea ex hoc ꝙ fue/runt tunc statuta hoc eēt dicere ꝙ status ille adhuc durat. qd̄ est erroneū et illicitū. si tm̄ a liquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. Cōsiderādū tm̄ ē ꝙ i lege nō ua transeūt ꝙtū ad eoꝝ rigorem. qꝛ essent magis obseruanda ex amore virtutis ꝙ ex timore. qꝛ lex noua ē lex amoris. ꝓpter qd̄ dicit̄.i. Jo.iiij. Perfecta charitas foras mit tit timorē adipleuit etiā xp̄s precepta iudici alia rigorem eorum tpando in aliquibus vt dictum est per seipsū et in alijs dimisit tp̄a/mentum suis ministris scꝫ ecclesie prelatis et principibus catholicis vt de talib⁹ ordi/nent ꝯm ꝙ viderint vtile cōitati fideliū ꝯm temporū varietatem et locorum et persona/rum. et istud nō fuit destruere legem sed adi plere. qꝛ sic ordinauit meliorem modū obs uationis iusticie. sicut nō destruit̄ puer quā do fit vir. quia licet transeat puericia manet tm̄ melior status eiusdē persone. etate muta/ta. lex vetus habuit quasi statū pueri respec tu noue legis. propter quod vt supra dictuꝫ est ad Gal.iij. dicitur. Lex pedagog⁹ noster fuit in xp̄o.i. regulatiu⁹ status puerilis pro/pter quod erat lex timoris sicut pueri sub di sciplina et timore custodiūtur. lex autē euan gelica est lex amoris. et ideo nō debet eē tan tus rigor penarū. qꝛ ꝓprium hominū pfec/torum est magis deduci ad virtuteꝫ amore iusticie ꝙ timore pene vt supra dictū est. est etiam lex noua pfectissima in sacramētalib⁹ vt dictū est de eucharistie sacramēto. Et im pleuit xp̄s sacramentalia legis per exhibitō

nem veritatis. venit enim rex et īpleuit figuras que vacue erant. Impleuit sacramētum circumcisionis quod se extendebat solum ad viros primo suscipiendo in seipso. Secūdo melius efficaci⁹ et generalius instituēdo sacramētū loco ipsius. s. baptismū in quo confertur maior gratia et remediū tā viris q̄ mulierib⁹. Impleuit etiam sacramētum vnctionis regū et sacerdotū. non q̄ assumpserit statum sacerdotis legalis vel terreni regis. immo dixit corā Pylato. Regnū meū nō ē de hoc mūdo. Jo. xviij. et ideo nō habuit istā vnctionem corporalem regū vel pontificum sed vnctionē spūalē habuit a deo patre per plenitudinem gratie ſm q̄ dicitur in psal. xliiij. Vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie etc. Est etiā lex noua perfectissima in cerimonialibus vt dictum est. et xp̄s īpleuit cerimonialia non solum que pertinebant ad sacramenta sed etiam ad sacrificia sicut immolatō agni paschalis et iuge sacrificium et similia: que erant figuratiua vnius sacrificij pfecti. s. xp̄i in cruce offerendi. Et ideo ista ipleuit xp̄s vno modo corporaliter patiendo ī corpore in cruce. Alio modo efficacius sacrificiū. s. eucharistiam instituendo. Quedā etiā cerimonialia pertinebant ad sacramēta. et de talib⁹ erant p̄cepta p̄hibitiua vsuum aliquorum cibo2ū et cōsilia et ista adimpleuit xp̄s. q2 dicit Petrus Act. x. In mundū et cōmune nō intrauit in os meum. et multo fortius xp̄s hec obseruauit. et sic ista p̄cepta impleuit obseruando et obseruationem meliorem declarando. per talē enim abstinentiam a corporalibus cibis significabatur abstinētia a spiritualibus immundicijs: hanc autem mundiciā instituit xp̄s in lege euangelica que est mundissima dicens. Mat. v. Beati mūdo corde quoniam ipsi deū videbūt. et p̄ cōsequēs debuit cessare illa figura vel abstinentia. propter qd̄ dicitur Act. x. Que deus purificauit tu cōmune dixeris. q2 null⁹ cib⁹ coinquinat hoīes q̄ cū gratiarū actione percipitur. et hoc est qd̄ dicit xp̄s. Mat. xv. Quod intrat in os non coinquinat animam. dimisit tn̄ deus in ordinatione ecclesie de aliquibus abstinētijs faciendis pro loco et tēpore. et sic p3 excellentia legis xp̄i q̄tū ad totū corp⁹. et quomodo xp̄s legē adimpleuit q̄tum ad omnia genera p̄ceptorū. Est etiam perfectissima p̄ amotionem vel aminis quod significatum est. quia tunc sacramētalia et cerimonialia mutata sunt quo ad effectū sed nō quo ad obseruātiam. quia cum honore sepelire debuit synagoga mater nostra. ¶ Legalia ei tripliciter cōsiderātur. primo quasi viua añ passionē. et tunc iudei tenebantur conseruare ex precepto. Secundo quasi mortua. s. a passione domini vsq3 ad fidei manifestam reuelationem. et hoc tempore permissum erat eis seruare et Petrus seruauit. Tercio cōsideratur tempus: in quo fuerūt mortua sc3 post fidem reuelatā et ex tūc nec precepta nec permissa sed oīno p̄hibita ne cineres mortales sc3 synagoge sepulte de tumulo p̄dirent quod horribile foret et fetidū. Sic ergo lex noua in toto corpore perfectissima ē sicut ex opposito lex vetus toto corpore imperfecta. Oia etiam cōtēta ī lege noua vt dicit doctor subtilis Scot⁹ in prologo primi sniarum. q. ij. sunt rōnabilissima. i. q̄ nihil tradit dissonū rōi: et in hoc multū cōmēdatur excellentia legis noue. Quid enim rationabili⁹ q̄ deum tanq̄ finem et vltimum super omnia debere diligi et proximū sicut seipsum. i. ad id ad quod seipsum ſm gre. In quibus duobus preceptis dependet vniuersa lex et prophete. Mat. xxij. Itē. Mt. vij. Oia q̄ vltis vt faciāt vob hoīes et vos facite eis. ex istis quasi ex principijs practicis alia practica in scriptura sequūtur tradita honesta et rationi consona sicut de eorum rationabilitate patere potest sigulatim cuilibet ptractanti de preceptis et cōsilijs et sacramētis. quia in omnibus videtur esse q̄si quedam explicatio legis nature. que ſm apostolū ad Ro. ij. scripta ē ī cordib⁹ nostris et hoc quo ad moralia de quo Aug. ij. de ciui. dei ca. xxviij. in fine. Nihil in eis turpe aut flagitiosum spectandū imitandūq3 p̄ponitur vbi veri dei aut precepta insinuantur aut miracula narrant aut dona laudantur aut beneficia postulātur. De credibilibus etiam patet. quia nihil credim⁹ de deo quod aliquā iperfectōnē iportat. imo si qd̄ credim⁹ verū esse magis attestatur perfectōi diuine q̄ eius oppositum. patet de trinitate personarū. de incarnatione verbi et huius modi. nihil enim credimus incredibile: q2 tunc incredibile esset ea mundum credere sicut deducit Aug. de ciui. dei. li. xxij. capi. v.

mundum tñ ea credere nõ est incredibile q̃a
hoc videmus. Tercio oñdit excellẽtia legis
noue ex tercio gradu pfectionis eiusdẽ. s. ex
miraculorum claritate quod sic deducit pdi
ctus doctor subtilis nõ põt esse testis falsus
sed ipse inocat⁹ a pdicante scripturã vt osten
deret doctrinã eius eẽ verã fecit aliquod op⁹
sibi pprium vtpote miracula ac pro hoc testi/
ficatus est hoc esse verũ quod ille predica/
uit. Confirmat per Richardũ prio de tri. c.
ij. Domine si error est a te decepti sum⁹. nã
tãtis signis cõfirmata sunt que nõ nisi a te
fieri possunt. q̃ si dicas miracula nõ fuisse
facta contra hoc dici põt illa snia Augusti.
de ciui. dei li. xxij. ca. v. Si ista miracula esse
facta nõ credũt. hoc vobis vnũ grande mi/
raculũ sufficit q̃ iã orbis terrarum sine vllis
credit miraculis. Si eni quod credim⁹ dicat
incredibile esse. nõ min⁹ e incredibile homi
nes inquit ignobiles quo ad genus. ĩfimos
quo ad reputatõnẽ paucissimos quo ad nu
merũ. q2. xij. ĩperitos quo ad sciam. q2 pisca
tores rẽ ita incredibilẽ. s. xpm eẽ verũ filium
dei passum pro genere humano in cruce ter
cia die resurrexisse et ad celũ ascendisse tam
efficaciter mundo doctis psuadere potuisse
vt mũd⁹ credat illud sicut iã credidisse vide
mus nisi per illos aliqua mira fierent per q̃
mũd⁹ ad credẽdũ induceret. Unde subdit
ibi August. iuxta finem capi. Et propterea
mũdus numero exiguo ignobiliũ infirmo
rũ et imperitorũ hoim credit q2 in tãcõtẽpti
bilibus testibus multomirabilius diuini/
tas seipsam persuasit. quid eni incredibili⁹
q̃ q̃ ad legẽ cõtrariam carni et sanguini do
ctores pauci et rudes et pauperes ad fidem
plurimos sapientes cõuerterũt. quod speci
aliter patet de multis prudentissimis. prio
fidei rebellibus et post conuersis. vt d paul/
lo prius psecutore post gentiũ doctore. De
augustino prius p manicheos seducto post
doctore catholico. De dionysio prius philo
sopho postea pauli discipulo De Cypriano
prius mago post epo xpianissimo et sic d a
lijs innumeris. Contra idẽ secũdo põt dici
illud idẽ August. li. x. de ciui. dei cap. xviij.
an dicet aliquis ista falsa esse miracula nec
fuisse facta. sed mẽdaciter scripta. q̃sq̃s hoc
dicit si de his reb⁹ negat oĩno vllis litteris
esse credẽdũ põt etiã dicere nec deos vllos
curare mortalia. et ibidem si libris magicis

siue quod honestius putãt theoricis credũt
cur illis libris credere nolunt ista eẽ facta. q̃
bus tanto maior debetur fides quanto sup
omnes est cui soli sacrificãdũ esse precipiũt
Contra idẽ tercio est. q2 quedam sunt facta
que nisi animis pteruientibus negari non
possunt vt sunt mirabilia facta a siluestro co
ram Constantino tã in curatione lepre eius
q̃ postea in disputatione eius cõtra iudeos
que facta tan q̃ celeberrima mũdũ non latu
erũt. Forte dices q̃ licet miracula sunt facta
nõ tamẽ sunt testificantia veritatem q2 anti
christus faciet miracula. Contra si aliq̃s vo
catus in testem signũ consuetum testificatio
nis permittat adduci et presens non cõtra/
dicat talis taciturnitas non stat cum verita/
te perfecta. miraculum autẽ est tale signum
dei, vt testis sibi igitur si permittat miracu/
la fieri a demonibus nõ cõtradicẽs annun/
ciens videlz non eẽ sua testimonia non vid
tur eẽ verax perfecte quod est ipossibile. et p
hoc dicitur ad illud de antichristo q2 christ⁹
pdixit miracula facienda per cũ nõ esse testi
monia veritatis vt ptz Math. xxiiij. et. ij. ad
Thessal. ij. Unde cõtra falsa miracula anti
christi posset sibi obijci saltem de istis duo
bus hoc modo. si tu es de⁹ fac me videre nu
dam diuinam essentiam et post visionẽ me
moriã certã habere visionis et certitudinez
habere q̃ illa fuerit visio nuda diuine essen
tie. et tũc credam tibi Item si tu es deus dic
mihi quid faciam aut quid cogitabo vl' q̃d
appetam pro tali die vel hora. Et huius vie
efficaciam ex miraculis inuit saluator. Jo.
v. et opera que ego facio illa testimoĩum p/
hibẽt de me. Si mihi non vultis credere ope
ribus credite. et sic patet excellentia noue le/
gis miraculorum claritate. ¶ Quarto ostẽ
ditur excellentia legis noue ex quarto gradu
perfectiõis eius. s. ex ecclesie stabilitate quo
ad caput et mẽbra Et primo quo ad caput
per illud Augu. de vtilitate credendi capi.
viij. ¶ Dubitamus nos eius ecclesie cre/
dere gremio que vsq3 ad cõsummationem
generis humani ab aplica sede per successio
nes episcoporum frustra hereticis circũlatrã
tibus et partim plebis ipsius iudicio et par
tim consiliorum grauitate et partim ex mi/
raculorum maiestate dãnatis culmen auc/
toritatis obtinuit ex parũ post. ¶ Quid est
q̃ tam ingratum poterit esse ori dei q̃ tanto

Decimoquarto quod mittunt puulos ad synagogas vt doceantur in eisdem. Decimoquinto quod derident de sacramento baptismi et de cerimonijs que fiunt a sacerdote. Decimosexto quod dant publice ad vsuras antiquis christianis in lege christi dicendo quod dicti christiani sunt sui inimici et legis. Et ideo non peccant dando ad vsuram eis imo quod cum hoc faciant lucrantur indulgentias Decimoseptimo quod non curant de excommunicationibus nec de absolutione accipienda. nec credunt nec intelligunt si sunt excommunicati quod sunt excommunicati propter debita ad que tenentur cum propter illa soluenda excommunicantur. et si soluunt hoc faciunt vt non capiantur vel vt non euitentur. sed non timore dei: nec vt euitent periculum animarum suarum. et cum hac incredulitate non curant de absolutione dicentes quod soluto debito amotum est peccatum. et quod non indigent absolutione. et sic dimittunt se stare excommunicatos toto tempore vite sue. Decimooctauo quod raro audiunt missam et diuina officia raro et confitentur. et si veniunt ad confessionem. hoc faciunt propter verecundiam. et vt non expellantur ab ecclesijs. et numquam confitentur aliquod peccatum sed opera virtutis et sanctitatis. scilicet iciunt [?] publica peccatores .xix. quod sacramentum confessionis ordinauerunt .xij. ebrij qui fuerunt causa quod occideretur per mundum plures quam .xx. milia persone. Uicesimo quod sunt ydolatre. quia inuenitur in eadem pesquisia per illum testem qui vidit iuramento prestito quod Alfonsius gundisalui de faro predicte ciuitatis ciues et predicte gentis cum Mencia alfonci vxore sua habebant in eadem domo vnum retabulum de petra tabulis cooptum cum ianuis suis: in quo erant .iiij. ymagines lignee firmiter coniuncte lapidi illi figura vnius illarum erat hominis longi magne quantitatis habentis coronam auream. et a zona infra erat ymago illa nigra sicut carbo. Tres vero alie ymagines habebant figuram domicellarum erant tamen nigre sicut carbones habentes capillos protensos scilicet nigros. Et dixit testis ille iuratus qui vidit quod predicti tenebant dictum retabulum in quodam loco occulto. scilicet in tecto camere quadrate in qua dormiebant. et claudebatur tabulis tamen clauis.
Cum vero erat pulsata campana pro aue maria precipiebant predicto testi cum eis commoranti vt ascenderet ad predictum locum cum quadam scala qui ammouebat clauos et tabulas illas. et extrahebat predictum retabulum et ligato fune vsque ad eorum manus suspendebat Qui recipientes illud faciebant quod predictus testis adoraret ymagines illas et deoscularetur ora ipsorum dicendo quod erant sancti et statim extinguebant candelas et candelabula que incensa tenebant et orabant magno spacio ante ydola illa in arabico vsque ad gallicantum: In qua hora vocabant iterum predictum testem et faciebant quod iterum eleuaret retabulum illud ad predictum locum claudendo sicut prius diligenter. Dixit etiam quod qualibet die hora meridiana illud faciebant et quod hunc laborem habuit quamdiu vixit cum eis: Dixit etiam de illis quod comedebant carnes per totam quadragesimam sextisque ferijs ac in diebus sabbatorum.
Uicesimoprimo quod sunt peiores heretici quam arriani et quicumque alij qui contra legem christi errauerunt. sicut patet in predicta pesquisia de errore didacigomes baccalarij filij de mosen iohannis. eiusdem gentis sicut affirmauit iuramento interposito. ¶ Aluarus ferrnandi medicus predicte ciuitatis conuictus nos presentatus in testem in forma iuris dicit eum quod loquendo de lege christi et lege iudeorum cum eo quod

dixit ei pdict' baccalari'. abulate qz nihil satis. qz si sciret scripturas qs nos hem' vos mirareni. Qui i dixit sibi. Que scripture sut ille qz ego sepe pertransiui testamentu vet' et nouu et cu hoc et signaui plura loca pdicte scripture Respondit pdict' didacus gomes baccalarius tota ipsa scriptura est p populo s; nostri litterati alias scripturas habet maioris certitudinis et maioris auctoritatis.
Cuq; pdictus testis cogitaret q illa essent aliqua magna mysteria sanctissime trinitatis vel incarnationis vel verbi diuini seu natiuitatis xpi mortis vel resurrectionis vel sanctissimi sacramenti altaris: dixit sibi q ostenderet eide. Et ipse respondit q totu erat scriptum in hebraico: Et iteru dixit ei. Quid est illud quod est ibi scriptu vltra illud qd tenetur in biblia. Respodit ei q hec erat secreta reru ptentaru. s. quis fuit Abraha. et adhuc xps et quis Machometus. et quos spus habuerut qlibet coru et q mirabantur de gentibus qui credut tot insipietias sicut dicunt qz abraha querebat spiritu. qui responderet suis petitionib' et no iueniebat Quadam vero die abraha existe nudo in quoda circulo couocado spiritu qui ei videret nihil vidit de quo possit sanguine extrahere nisi de virga virili sua. et circucidit se. et cu cecidit sanguis statim vidit sibi spus saturni et q totu aliud erat derisio queda. Et dixit ei spirit' q in annis saturni sunt octoginta pucta. et q qcquid diceret sic erit et q illa pucta reuelauit spus abrahe et Abraha filijs suis. et sic p illa pphetabat pphete. Dixit etia ei q ihus xps habuerat spiritum mercurij et q addiscebat cu vno magno rabino ipse Ihesus et iudas scarioth. et alij iudei. et q ihus fuit filocaptus de quada iuuecula iudea. qd cu cognouit ille rabin' posuit excoicatione super ihesum xpm per. x. dies. et in octauo die dilatauit excoicatione p. xx. et deinde dilatauit. per. xxx. dies. Et cum hoc vidit ihus xps recessit et separauit se ab illo rabino et q incepit pdicare 9tra magistru suu. et q sic abulado appropinquauit vnus predictorum octoginta punctorum saturni et dixit q posuit se ihus xps ad seruandu punctu; illum per partem suam. et rabinus ille p suam et iudas similiter. Et dixit q rabinus ille et iudas dormierunt et q ihus xps vigilauit optime. et cu venit ille puctus dixit q dixit ihus xps. Dne deus miserere omnium q me audierit et in me credet. et in hoc excitatus est rabinus. Tace mala morte moriaris tu et tui credetes. Excitatus etia Judas dixit male finiam ego si de te no dedero malu finem et dicit q sic totu impletu fuit et q iudei maledicut illu rabinu;. qz excoicauit ihum xpm dicentes. q si no excoicauerat eu totu mudum conuerterat ad iudaismu. Et ideo vtruq; maledicut sed plus ihesu; xp; quia maledixit eos. Dixit etiam vlteri' q machometus habuit spm martis Et tot et tanta dicebat iste testis q habebat in scriptis q plus videbantur stulta figmenta composita maliciose et ex inuidia et peiora q dixerant Arriani et manichei. Dicebant etiam q per malam artem ihus xpus fecerat i morte sua terremotu. et q pp talia pphete fuerant occisi. quia vtebantur malis artibus. et q sic etiam a simili fuerant mortui sicut mali et falsi per iusticia;. et taliter mortui sunt qualiter opera fecerunt. ¶ Dicebat eni q sanctu sacrametum altaris ordinatu; fuerat in forma hostie rotude sicut sol. quia erat sacrificiu solis. et q iupiter sol et mercurius ordinauerant legem xpianorum sic q iupiter accepit habitu. mercurius sermone; sol vero sacrificium. Et cu predicta et multa alia abbominabilia audiuit predict' testis ab illo didacogomecij non solum contra legem iudeorum sed etiam xpianorum dicit q separauit se ab eo. vidit enim q sic expediebat ei quia peiora videbantur predicta q ydolatrare. Dicebat enim si in isto qui est graduatus in sciencia et fili' doctoris talia inueniuntur quid erit in alijs. Dixit etiam predict' testis q tatum cognoscebat de predicta gente q pl' crederet vni sarraceno qui iuraret sibi in lege sua q vni couerso qui iuraret sibi super sancta dei euangelia. et q boni inter eos sunt pauci. et pro maiori parte sunt augures sortientes. creditores malarum rerum somniatores introm issi in omnibus alijs artibus. Vicesimo secundo q sacerdos quidam eiusdem gentis consecrauit die quadam quinq; hostias quarum vnam sumpsit et alias tradidit fratribus suis et nescitur quid factum est de illis. ¶ Hec et plura alia continentur in predicta pesquisia que breuitatis causa obmitto. ¶ Item me existente in ciuitate.

Segobiensi. anno. M. cccclix. cum iudei celebrarent festum tabernaculorum: et vnus iudeus timeret puniri ab alio in synagoga propter aliquod peccatum commissum, recommendauit se cuidam christiano algazelo iudeorum vt veniens in synagogam presens non permitteret punitionem eiusdem. Qui veniens vidit synagogam plenam hominibus orantibus ac illustratam luminarium multitudine. Et cum ad ianuam synagoge permaneret exiuit vnus capite cooperto. quem cum quesiuisset ab eo quis esset: agnouit eum esse vnum de conuersis predicte ciuitatis. Qui miratus et volens videre amplius inuenit plures alios ibidem cum iudeis habitu et oratione conformes, que omnia predictus algazelus omnibus volentibus audire publice affirmabat. Item in villa de formesta huius regni castelle quidam barbitonsor eiusdem gentis. Cuius nomen Fernandus sautij publice dixit. et sepe idem affirmauit. scilicet quod ihesus christus non erat verus deus, nec credebat in eum. et quod deus nunquam habuerat filium, sed quod solum credebat in illo vno deo qui fecit celum et stellas. mare et arenas. Item conuersus hereticus fuit accusatus coram domino petro palentino qui facta inquisitione inuentum est testimonijs septem testium eadem dixisse vt ego vidi in pesquisia que ad manus meas deuenit per mandatum dicti episcopi qui cepit predictum malum christianum. et timore mortis potius quam amore veritatis abiurauit heresim ibi publice vbi peccauit. Deinde fuit absolutus ab excommunicatione in forma iuris per me ex commissione mihi facta per predictum diocesanum et demum positus in carcere a quo exire secundum ius non debebat. Rogaminibus tamen multorum liberatus a carceribus. relegatus est exilio a predicto loco decem annis. hec acciderunt anno domini: M. cccc. lviij. in predicta villa notarius publicus pesquisie fuit petrus martini calderon testes vero Rodericus garsie de Alna. et Alfonsus lupitonsor. et Alfonsus de villa regali faber. et Alfonsus saucij. et agnilar et Fernandus saucij pretor. et Alfonsus Fernandi Romo. et Gundisaluus pancho macellarius. Fertur etiam quod est liber quidam apud eos quem composuit magister Martinus toletanus astrologus contra fidem catholicam quam liber ne cognosceretur quod ab ipso factus esset verso nomine suo ipsum intitulauit. quia ipse lingua nostra vocatur marti. et ex hoc verso nomine intitulauit illum librum nitram. Ex quibus omnibus manifeste patet quod non sunt sani in fide plures eorum vt dicit paulus: Increpa ergo illos dure vt sani sint in fide. id est vt recte credant sicut dictum est. Sequitur textus cum glossa. non intendentes iudaicas fabulis litteralis obseruantie. In qua nemo iustificatur apud deum et mandatis hominum. quia mandata legis post manifestam veritatem iam hominum et non dei mandata sunt. hominum dico auertentium se a veritate spiritualis intelligentie. Quicquid enim aduersus veritatem opponitur humana inuentio est. Ideo mandata hominum et fabulas appellat que narrant. quia nescientes vim scripturarum interiora verborum legis colorem sequuntur non saporem. putant enim nunquam quod recedendum esse ab his que moyses tradidit videlicet de escarum differentia, omnia enim quasi se auertunt vere a veritate quia omnia humanis vsibus concessa munda sunt. mundis. scilicet illis qui fide bona sumunt et iusti sunt. quod ipsi negant ideo. quia in lege quedam Moyses prohibuit. et ab immundis mundandis creuit. hoc autem non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit sed secundum significationes. Omnia ergo munda sunt mundis secundum naturam in qua creata sunt. Unde in genesi. Uidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secundum significationes tamen quedam immunda sunt iudeis. nec nobis omnia apta sunt vel propter salutem corporum, vel propter consuetudinem humane societatis. Cum ergo cuique sua redduntur et naturalem ordinem seruant omnia munda sunt mundis. Contaminatis autem per peccata et infidelibus. scilicet qui non credunt in deum vel deo nihil mundum est. quia non sunt digni donis dei. sed et mens. id est intellectus et conscientia eorum inquinate sunt quasi non ex abo est inquinatio eorum sed ex malo intellectu et conscientia peccatorum. Et vere mens et conscientia eorum coinquinate sunt. quia confitentur quidem verbis se nosse deum factis autem negant. vnde. i. Joh. ij. dicitur Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. si negatio non tantum lingua fit sed et factis certe multos inuenimus antichristos qui ore confitentur christum: et moribus dissentiunt ab eo: ¶ Quisquis factis negat christum antichristus est. ¶ Tales enim sunt omnes mali catholici qui non verbis sed factis negant. ¶ Nolite ergo esse de fide securi. adiungite fidei recte vitam recta vt christum confiteamur verbis vera dicendo et factis bene viuendo. Nam si confitemur verbis et non

factis fides taliū moꝝ ꝓprie est fides dmo niorum. Cum sint quasi se confitentes nosse deū cum tamen sint abbominabiles. id est deo odibiles et incredibiles.i.nec abiles credere.et ad omne opus bonuꝫ reprobi.i. a deo reprobati.vt nō habeāt gratiam ad bene operandum.hec in gl. Patet ergo ex p̄dictis quales sunt illi xp̄iani qui vtuntur circūcisione carnali.et quomodo incidunt in crimen heresis.et propterea sunt dure reprehendendi et digne castigandi ab illis quorum officium est errores cōtra fidem catholicam inquirere. Et sic patet prima conclusio huius primi erroris.s.ꝙ erroneum ē immo hereticum est xp̄iano vti circūcisiōe carnali: ¶ Ad argumēta super que fundari videbatur p̄dicta heresis.licet ex p̄cedentibus satis pateat eorum solutio.dicitur tamē ꝙ lex illa Ge.xvij.masculus cuius p̄putij caro circūcisa etc̄. durauit vsqꝫ verus messias xp̄us eā in seipso impleuit.et permissa fuit vsqꝫ post euangelij publicationem. Ad secūdum in quo dicitur ꝙ xp̄s fuit circūcisus ergo et nos debemus circūcidi. Rn̄deo ꝙ istud argumentum peccat ex defectu imaginationis. Cogitant enim heretici ꝙ causa quare xp̄s fuit circūcisus in carne fuit: vt et nos taliter circūcideremur.sed non est sic. Et licet multe assignentur a doctoribus rationes.quare voluit circumcidi dominus ihesus:in p̄senti tamen sufficiunt tres.¶ Prima est vt ipse se ostenderet filiuꝫ Abrahe:cui preceptū circumcisionis erat factum: et promissio nasciturī seminis.et sic dei promissionem assignaret impletā. Secūda ratio vt circumcisionem sicut et alia legalia susipiens ab onere legis nos liberaret dādo finem legi scripte. Tercia ratio vt fratrem iudeorum se ostenderet ne haberent iustam occasionem ipsum repellendi. Sic ergo impleuit preceptum domini Infans octo dieruꝫ circumcidetur Gene.xvij. Et sic manet lex illa vacua iure quo erat plena āte xp̄i circumcisionem:ex quo facta est plenitudo promissi.et plene fuit declaratum supra libro p̄io cōsideratione tercia articulo.vi. Et q̄r int̄ ceteras hereses hec feruet p̄ p̄senti itātū vt plurimi et adulti circūcidāt̄ et vēditis omnib⁹ excūt regnū iudei efficiant̄ vt dictū est. Ideo cū hec pestis rabida coneť ex toto subuerter̄ legem xp̄i. ¶ Ideo viriliter resistendum est: p̄cipue a diocesanis et inq̄sitoribus heretice prauitatis.ac ēt a p̄dicatorib⁹ euāgelicis. Necnō a p̄ncipib⁹ brachij secularis.et ab oīb⁹ militib⁹ et veris catholicis.q̄r nō ē minus quin hec massa sit multū corrupta in occulto et ideo multū p̄iculosa.q̄r s̄m Bern̄.sup cātica pl⁹ nocet falsus catholic⁹ ꝙ si vere apparet heretic⁹.et nulla efficacior pestis ad nocendū ꝙ familiaris inimic⁹ quales sunt isti inter nos.vnde dn̄s. Ezech.xiij.c.illos qui nō resistunt hereticis acriter reprehendit dicens. Non ascendistis ex aduerso:nec opposuistis vos murū p̄ domo israel vt staretis ī prelio. Ex aduerso ergo ascendere et p̄ domo Israel se opponere muꝝ ē p̄ defensione catholice veritatis cuicūqꝫ heretico domū israel que est ecclesia cupiēti destruere totis viribus obuiare.qd̄ Vrban⁹ videtur innuere .xi. q.iij.c. Saluator p̄dicit in euāgelio circa finē seculi pseudo xp̄i et pseudo ꝓphetas surgere et multos seducere.et fideles suos ī mūdo multas habituras pressuras.sed t̄n portas inferi non preualituras.pinde vt ait apostol⁹.i.Coꝝ.x.oportet esse hereses vt q̄ p̄bati sunt manifesti fiāt oportet nos cū propheta ex aduerso fugere et murū opponere p̄ domo israel.et cū ap̄lo:vt dicit̄ Act.xiiij: per multas tribulationes intrare in regnū dei qm̄ nō sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Ro.viij. Ex quibus datur intelligi ꝙ cōtra quascūqꝫ hereses insurgentes oportet catholicos ex aduerso consurgere. et se murū opponere pro defensione fidei catholice intātum etiam si papa fuit hereticus et fidem molitus fuerit destruere orthodoxā oportet catholicos omnes aīose obuiar̄ et ideo nō imerito prohibentur neophiti ordinari.dist.xlviij.c.quoniā.§.i. Et assignatur in textu cum glosa duplex causa. Prima ne incidant in superbiam.putantes ꝙ fides christiana multum indiget illis. Secundo quia nondum sunt experti statum ecclesie vel religionis.nec sciunt modos personarum. ¶ Item non ieiunauerunt. non fleuerunt. nec fleuerunt. nec probati sunt. Unde tales nec ad minores debent promoueri nec tonsurari.ar.xix.questione.iij.monasterijs: ¶ Tercia conclusio est ꝙ necessarium est christianis vti circumcisione spirituali. De qua loquitur Bernardus in ser-

mone circuncisionis dicens. Fratres nos cir cũcidi necesse est. nõ littera sed spũ et verita te circũ. i. n nõ in vno mẽbro tantum sed i to to corpore simul. licet enim magis in ea pte in qua mãdata ẽ iudeis circũcisio regnet cõ cupia: vniuersã tñ occupat carnẽ. a plãta pe dis vsq ad verticẽ capitis nõ est in nobis sanitas. nec est ps aliqua que tabida nõ sit hoc veneno. hec ille. Ex quib9 patet q nos xpiani debemus nos circũcidere nõ in vno mẽbro tñ sz i omnibus. Sicut eñ ridiculũ esset si quis in partẽ barbã suã raderet. sic q in pte circũcisionẽ spũalẽ facit et in pte se cir cũcisum reliquit. Debem9 ergo nos circũci dere interius et exterius. Inter9 qñ ad co gnitiones et desideria. et exterius qũtum ad singula membra et opera. hec est circuncisio victorũ quã necesse est q faciamus. qr hec ẽ que facit xpianum iustũ et sanctũ. Sed no tandum vlterius q põt predicta conclusio deduci et quadruplici similitudine q̃ solet ali ua res circũcidi. Primo ad cuitandum corruptionẽ. Scdo ad purificãdũ fructifi canonẽ. Tercio ad demõstrãdũ distinctiõẽ Quarto ad attigendũ congruam situatiõẽ Primo ergo aliqua res dz circũcidi ad cui tãdũ corruptionẽ solet eni res aliqua circũ cidi ne alia corrumpatur per ipsam. Vide mus eni q quando in pomo est aliqua ps putrida et corrupta nisi circũcidatur: ps sa na per aliã corrũpitur dens etiã putrid9 ab ore expellitur: ne per eius fetorem totum os corrumpatur: et ita de mẽbro putrido respec tu corporis. Sic debem9 nos circũcidere a peccatis ne per vnum peccatum anima cor rumpatur. et sic amittat vitam gratie. et per cõsequens vitam glorie. Et ideo scribitur Deutro. xxx. Circũcidet dñs deus cor tuuz et cor seminis tui: vt diligas dominum deũ tuum ex toto corde tuo vt possis viuere. Et nota q dicit circuncidet domin9 de9 cor tuũ Ista eñ mẽbra in quibus sunt iste turpes i firmitates corrodẽtes solent circuncidi ne p morbum membra aliqua corrumpãtur. Et certe peccatum in corde est infirmitas corro dens omnia bona gratie. vnde sicut vinum corruptum corrũpit doliũ. et nimius calor cibũ ita cum peccatum sit corruptio. et sit q̃si quidam morbus infernalis qui qñ incipit oportet membrum circuncidi. Est eni ignis vsq ad consumptionem deuorans animã corrumpit et comburit. ideo dicitur cor cir cuncidi ne anima corrumpatur. Ideo dicit Deutro. x. Circũcidite pputia cordis vestri ¶ Ad hoc pertinet quod dicitur in beresith rabba super Geñ. xvij. vbi dicitur Et da bo pactum meum inter me et inter te. etc̃. ra bi aquiba dixit. quatuor pputia sunt. dicit enim preputium in aure. de quo scriptum ẽ Hiere. vi. Cui loquar et quem contestabor vt audiat. ecce pputiate sunt aures eorũ et nõ poterunt attendere. Ecce verbum domi ni factum est eis in obprobrium non voluẽt ipsum: Dictum est etiam preputium oris: si cut scriptum est Exo. vi. Et ego pputiatus labijs etc̃. Dicitũq est preputium in corde. Hiere. ix. Et omnis domus israel pputiati sunt corde. et rursus est dicens. Leui. xxvi Et inducam eos in terram inimicorum suo rum. vt vel tunc supplicet vel humilietur cor eorum preputiatum. et tunc placeret p peccato suo. Et iterum Deutro. xxx. et circũ cidet dñs deus cor tuum et cor seminis tui Dicitur deni. q pputiũ in corpore. Geñ. xvij Et pputiatus mascul9 qui non circuncidetur carnem preputij sui abscidetur anima illa d populis suis. hec rabi aquiba. Circa quod notatur i pugione. q sicut quatuor sunt ge nera pputij. sic eodem modo sunt quatuor genera circũcisionis. quorum tria .s. auris. cordis et oris. quia spiritualia sunt pro oi bus sunt necessaria. Quartum vero genus quia corporale et vmbra reliquorum sive fi gura ex quo venit messias noster precepto rum spiritualium magister. Non solum est inutile sed etiam omnibus ipsum facienti bus dãnosum et valde perniciosum: sicut d claratum est in precedenti prima conclusio ne. Circũcidatur ergo preputiuz auris. oris et cordis nostri ne anima corrumpatur. qr sm Greg. peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud tra hit. Ista circuncisio debet fieri cum cultro penitentie. aliter homo moreretur. quod fi guratur Exo. iiij. vbi habetur q angel9 do mini occurrit contra filium moysi et eum oc cidere voluit vt dicit glo. Tulit ergo sepho ra acutissimam petram. et circuncidit prepu tium filij sui. Iste filius circuncisus quem vult dominus interficere est malus xpian9 sephora est ecclesia. interpretatur enim pla cens deo. Sed petra acutissima circuncidit

filium suũ qñ iiũgitur pñia vnde acuta est ꝑ
amarã cordis contritionem. acutior per con
fessionẽ acutissima ꝑ satisfactionem. et certe
acutũ debet esse instrumẽtum quo nõ solũ
septem dierũ sed multorũ annorũ abscindi
debet anime preputium. Unde Bern. absci
datur ferro acute cõpũctionis vlcus inuetera
te cõsuetudinis. nisi ergo acuta pñia circũci
daris. acuta sententia occideris. Et ideo scri
bitur. Ge. xvij. masculus cuius preputij car
ro circũcisa nõ fuerit delebitur aĩa illa ð po
pulo suo. Sicut etiã faciendũ est in re publi
ca que per vnum malum hominẽ. latronẽ
homicidã adulterũ crimine pessimo macu
latũ etc. hm̃oi corrũpitur vnde tales circum
cidendi sunt per iusticiam et mortem. sicut
ouis morbida ne peat grex. Secũdo ostẽdi
tur predicta cõclusio ex secũda similitudine
qua solet aliqua res circũcidi. s. ad procurã
dũ fructificationem. Videmus enim ꝙ vi
nee et arbore a circũciduntur vt melius fruc
tificent. nisi enim superflua resecarentur nõ
fructificarent. sic et nos tenemur nos circũci
dere. i. a peccatis purgare aliter quicquid la
boram⁹ nihil prodest. nec partẽ in bonis ec
clesie. nec celestis glorie habem⁹. frater enĩ
mortuus nõ põt habere ꝑtẽ in bonis a fra
tre viuo acquisitis. nec cibus corpori mini
stratus ꝓdest mẽbro putrido vel absciso.
Ita certe homini omnia que ... nõ prosunt
bona ecclesie quãtũ ad meritum glorie. qꝛ ab
scisus est a corpore ecclesie per meritũ: licet ñ
per numerũ. Et ideo necesse est nos a pecca
to purgari vt habeam⁹ fructũ de bonis eccle
sie. et ꝑtẽ in bonis celestis patrie. Et iðo pos
sunt dicere peccatores de bonis. illud. Gen.
xxxiiij. si circũcidam⁹ masculos nostros et ẽ
Per masculos qui dñantur femis et gene
rant intelligitur veritas q̃ ẽ domina in potẽ
tijs aĩe et generat bona opera que debet cir
cũcidi ab oĩ imũdicia. quod figurat. Gene.
xvij. vbi habetur ꝙ abrahã fuit circũcisus
cũ filijs suis et seruis suis. Abrahã qui int
pretatur pr̃ multarũ gentium est voluntas a
qua habetur bona opera. filij e⁹ alie potẽtie
serui eius et sensus corporis. que oĩa debẽt
circũcidi. volũtas ab omni malo vsu. et mẽ
bra ab omni malo actu. os. oculi. auris. et
sic de alijs. vn⁹ enĩ homo potens et diues ñ
daret filiam suam vni rustico habẽti vile et
turpe artificiũ. sed huiusmodi nobili daret.
Ita de⁹ valẽs. nobilior. ditior. et potentior.
nõ dabit eternã gloriã habenti vile ac turpe
artificium peccati. sed nobili habẽti omnia
necessaria. nã hõ tendens ad habẽdũ filiã
alicuius magni solet se decẽtius gerere et a
vilib⁹ retrahere. Unde dicũt ãgeli illud. ge.
xxxiiij. non possum⁹ facere qð petitis. et dare
sororẽ nostrã. i. gloriã eternam hoi incircũ
ciso. hoc ẽ imũdo. sed in hoc valebim⁹ fede
rari si esse volueritis nostri similes. i. vacare
mundicie. et circũcidatur in vobis oĩs ma
sculini sex⁹, hoc ẽ si purgetur voluntas ab oĩ
peccato. Et sic patet ꝙ necessarium est xp̃ia
nis vti circũcisione spũali si volunt fructum
beatitudinis acquirere. Tercio ostenditur ꝑ
dicta cõclusio ex tercia similitudine qua so
let aliqua res circũcidi. s. ad demonstrandũ
distinctionẽ. Solet enĩ aliqua res circũcidi
vt a re alia melius cognoscatur vl' distingua
tur vt ꝑꝫ in oĩb⁹ q̃ vt distinguãtur ab alijs
solent circũcidi in auribus vel in locis alijs
ꝑꝫ ẽt in equis et pluribus alijs. Sic et nos
debemus a peccato circũcidere vt a familia
dyaboli distinguamur vnde peccatum i aĩa
signũ est dyaboli. et circũcisio a peccato si
gnũ est dei. Ideo dicitur ad philippen. iij.
Nos sumus circũcisio qui spiritu seruimus
deo. et gloriamur in xp̃o ihũ. et non in car
ne fiduciam habentes. Et nota ꝙ dicit nos
sumus circũcisio. i. circũcisi. et vide ꝙ isti ar
migeri qui seruiunt istis magnis dñis solẽt
esse in noua tunica stricte cincti. stricte calcia
ti. cũ alba caucisa. cũ capite pulchro. Ita illi q̃
seruiunt deo debẽt habere tunicã nouã pul
chre consciencie. stricte cincti cingulo castita
tis et sancte affectionis. bene calciati exem
plis sanctorũ. cũ alba caucisa intentionis re
cte. que facit eleuare capillos. i. cognitiones
ad deũ. habẽtes in capite sertũ de pulchris
floribus. i. deuotis orationibus. talis sic cir
cũcisus est de familia dei. vnde sicut miles
cognoscitur ꝭm arma. sic ad signum peccati
vel grẽ cognoscũtur filij dyaboli vel dei. vn
de Hiere. iiij. Circumcidimini domino. et au
ferte preputia cordium vestrorum quasi di
cat sitis circũcisi sicut decet famulos dei. ge.
xvij. Circũcidetis carnẽ preputij vestri. i. a
vobis omnem immũdiciam auferetis. vt sit
signum federis inter me et vos. id est vt sit
signum ꝙ estis de familia mea. necessariũ
est ergo xp̃ianis vti circumcisione spũali vt

distinguatur a filiis dyaboli. Quarto osten-
ditur predicta cõclusio ex quarta similitudi-
ne qua solet aliqua res circũcidi. s. ad attin-
gendũ congruam situationẽ. Videmus enĩ
ꝙ lapides anteꝙ̃ in edificio collocẽtur dili-
genter circũciduntur vt melius in edificio va-
leant ordinari. Sic si volum⁹ in edificio pa-
radisi situari. oportet nos circũcidi ab omni
peccato et poliri virtutibus et bonis operi-
bus. vnde sicut lapides meli⁹ sculpti et poli-
ti et decorati solẽt poni in locis nobiliorib⁹
ita magis bõi et magis purgati et ornati po-
nentur in locis superiori et nobiliori. naꝫ ꝺm
excellẽtiam meritorũ recipient aĩe distributi-
ones premiorũ. et ideo dicit btũs Gregori⁹
Urbs beata iherusalẽ dicta pacis visio que
cõstruitur in celis viuis ex lapidibus. et ãge-
lis coronata vt spõsata comite. platee et mu-
ri eius ex auro purissimo. Porte nitent mar-
garitis abditis patẽtib⁹ et virtute meritorũ
illuc introducitur omnis qui ob xp̃i nomen
hic in mũdo ꝑmitur. Tõsionib⁹ plituris ex-
politi lapides suis coaptant̃ locis per ma-
nũ artificis disponũtur ꝑmãsuri sacris edifi-
ciis. Igitur dicitur Exo. xij. Si quis peregri-
norũ in vestrã voluerit transire coloniã. id ẽ
agriculturam vel cultũ religionis. a colo co-
lis et facere phase. circũcidetur prius pꝫ quo-
modo necessarium ẽ xp̃ianis vti circũcisiõe
spirituali peccatorum si volũt tanꝙ̃ viui la-
pides collocari in gloria beatorum.

De heresi eorum qui dicunt euangelium
esse falsum.

Secũda heresis est eorũ qui dicunt
euangeliũ eẽ falsũ. quorũ motiuũ
est. q꞉ quotienscũꝙ in aliq̃ doctrina
inuenitur aliquid falsum tota illa doctrina
iudicatur falsa. q꞉ ꝺm apostolũ ad galath.
v. modicum fermentum totam massam corrumpit.
Sed sic est de euãgelio xp̃i vt dicũt ergo etc̃.
Istud pbãt q꞉ in euãgelio Mat. in c. ij. inue-
nitur allegatũ. vt impleret̃ qd̃ dictũ est per pro-
phetam. Ex egypto vocaui filium meũ. di-
cũt isti ꝙ in nullo inuenitur ꝓphetarum. Itẽ
dicũt de illo quod scribitur infra eodẽ ca. vt
adimpleretur quod dictum est per ꝓphetas. quo-
niam nazareus vocabitur q꞉ hoc etiam i nul-
lo prophetarum inuenitur vt ipsi dicũt. Cõ-
cludunt ergo totum euangelium esse falsum

Hunc errorem deprehendi cũ predicarem in
cõuentu metine de cãpis. q꞉ in predicta vil-
la multi de eodẽ genere erant eodẽ vulnere
vulnerati. vt mihi per fide dignos et etiã de
eodẽ genere fuit intimatũ. Contra quos ꝑ-
dicaui eos esse non solũ pessimos hereticos
totũ euangelium dãnãtes. sed etiam insipi-
entes et ignorantes scripturas ꝓphetarum
non legentes in quibus expresse continetur
quod euãgeliste affirmant. Primũ inueniꝰ
expresse in primo. xij. ꝓphetarũ minorũ. s. i
Osee in c. xi. in principio vbi dicitur. Puer
israel et dilexi eũ: et ex egypto vocaui filium
meum. Ista auctoritas habet duplicẽ sensũ
vnũ lr̃alem q꞉ verificata est ad lr̃am de po-
pulo israel vocato a dño de egypto: ꝑfecti⁹
tamẽ de domino ihũ xp̃o qui est fili⁹ dei na-
turalis: Alij aũt sunt filij tm̃ per adoptiõeꝫ
sicut et illa auctoritas que habetur. i. paral.
xvij. Ego ero illi in patrẽ et ipse erit mihi in fi-
lium ad litteram intelligitur de Salomone
tamẽ min⁹ ꝓprie. de domino autẽ nostro ihũ
xp̃o ꝓprijssime vt dicit apostol⁹ ad Hebr. i.
dicens. Cui enim aliquando dixit angelorꝫ
filius meus es tu etc̃. Et iterũ et ego ero illi
in patrẽ. et ipse erit mihi in filium. et hoc mõ
intelligit euãgelista hoc quod dicitur Osee
xi. vt dictum est Item possumus sicut dicit
Hiero. in omel. aliter consolari huic locum
propter contentiosos. quorum consuetudi-
nem Paul⁹ apostolus se habere denegat: et
ecclesiam xp̃i. et testimoniũ ꝓferimus ex mi-
nimis dicente Balaã in. c. xxiiij. Deus edu-
xit illum de egypto cuius fortitudo similis ẽ
rinocerõtis. i. vnicornis quod ẽ animal for-
tissimũ. sed capitur in sinu virgis adolescen-
tule prouocatus ad eius canticũ dulcissimũ
Sic et filius dei fortissimi⁹ cuius fortitudini
nemo resistere poterat in sinu adolescentule
virginis Marie ad eius dulcissimũ canticũ
Ecce ãcilla domini: ꝓuocatus incarnatus
est et mãsuetissimus factus. Et sicut in mor-
te vnicornis vt legitur in eius venatiõe due
domicelle concurrunt. quarum vna portat
gladium. et altera vacuũ. quarũ cantu inebri-
atus que portat gladium eũ occidit perciti-
endo eum in corde. et que vacuũ portat, reci-
pit sanguinẽ quo purpura tingitur impera-
torum. Sic in morte xp̃i accidit. domicella
portans gladium fuit synagoga que ipsum
occidit. Sed domicella portans vacuũ fuit

ecclesia catholica que sanguinem eius reci/
pit qua purpura iperatorū.i .eorum aie ru/
bricate sunt cū fidē xpi receperūt.et non solū
illi.sed et omnes fideles eodē sanguie lauātur
et mūdissimi efficiuntur. Apoc.i. Dilexit nos
et lauit nos a peccatis nostris in sanguine
suo licet ergo pdicta auctoritas non inueni/
atur ab hereticis pdictis insipientibus i. lrē
interpretib⁹.querāt vbi dictū est et inueniēt
Secūda auctoritas inuenitur in primo ma
iorū pphetarum.i.in ysaya.c.xi.vbi dicitur
Egredietur virga de radice iesse.et flos de
radice eius ascendet.vbi hebraica veritas sic
habet.et nazareus de radice eius consurget
Nazare⁹ interpretatur flos vel florid⁹. Hie/
ro.autem transferens secutus est interpreta/
tionem vocabuli dicens et flos de radice etc
Euāgelista vero scribens secut⁹ est veritatem
hebraicā.qr cū pdicta prophetia expōeretur
de messia ad litterā.virga de radice iesse est
beata virgo que descendit de genere Dauid
et sic de radice iesse qui fuit pr dauid alio no
mine dictus Ysai.et fuit virga rectissima si/
ne aliqua obliquitate peccati.xps vero fuit
ex ea consurgens velut flos pulcerrimus.qr
speciosus forma pre filijs hoim.psal.xliiij.
Ipse est ergo nazareus:qr tot⁹ florid⁹ et pul
cerrim⁹. Ipse nazare⁹ quia in nazareth conce
ptus sicut patet Luce.ij.et qr in nazareth nu
tritus sicut patet Math.ij. Predicte pphie q
vacue erant ante aduentum xpi in eius ad/
uētu implete fuerunt.sicut patet Mathei.ij.
quia monitus Joseph per angelum vt fuge
ret in egyptū cū puero et matre ei⁹ ppter He
rodē.et q esset ibi vsq dū vocaretur iterum
p angelū defuncto Herode.sic factum est vt
patet ibidē. Et sic de egypto dei filius fuit
vocatus et veniens habitauit in ciuitate na
zareth vt patet ibidē et sic est impleta secūda
pphetia non solum qr ibi cōceptus sed eti/
am qa ibi habitauit et fuit nutritus licet in
bethleem natus et in iherusalem occisus.
Item dicūt euangeliū Marci esse falsum ex
eo q in eius principio dicitur vnum falsum
Scribitur enim ibi. Initium euangelij ihū
xpi filij dei sicut scriptum est in Ysaia pphe
ta ecce ego mitto angelum meum ante faciē
tuam qui preparauit viam tuam ante te vox
clamantis in deserto.preparate viam domi
recte facite semitas eius. Modo dicunt isti.
patet q primū est falsum.s.ego mitto ange/
lum meum ante faciem tuam cum nullibi re
periatur in Ysaia sed in malachia. Dicēdū
est ad hunc errorem secūdū q notat Nicola
us de lyra q Marcus ante eius conuersio/
nem ad fidem fuit instructus in lege et pro/
phetis.et ideo incepit suum euangelium.in
vno contextu prophetias coniungens qua/
rum prima scribitur Malachie.iij.et secūda
Ysa.xl. Verūtamen Marcus hic solum ex/
primit Ysaiam prophetam dicens.sicut di/
ctum est in Ysaia propheta.qr licet ambo p
phete vno spiritu pphetauerūt. Ysaias tamē
principalior est altero.et ideo solus nomiatur
et quia auctoritas vltima est ipsi⁹ Ysaie.res
autem denominatur a fine. Ideo non falsū
dixit Marcus sed verū nominando Ysaiā:
et subticendo malachiā. Item Berñ.et po/
nitur in gl.Irali. Nota q hoc testimonium
Ecce ego mitto angelum meū.ē Malachie:
vtrūq tamē dicit eē Ysa.qr et si non verba sē
sus tamen inuenitur in Ysa.et manifesti⁹ in
uenitur in hoc versu.vox clamātis in deser/
to. Angelus enim qui mittitur ante faciē est
vox clamantis in deserto.preparauit autem
viam dicens. Parate viam domini. facite
rectas semitas.potuit enim pro malachia:
Ysaie nomen diuinitus occurrere.nec volu
it marcus emēdare.qr omnes pphete vno
spiritu locuti sunt quasi vno ore. Utraq so
lutio satisfaciat cuicūq intelligenti .et satis
concorditer ad ppositum veritatis et ad cō/
fusionem malicie opponentis crimen falsi/
tatis euangelio christi qui non solum verum
dicit per euangelistas suos.sed etiam est ip/
sa veritas.vt patet Job.xiiij. Supradicti in
ciderunt in hanc peruersam heresim edocti a
quodam religioso hispano eiusdem gentis
in flandria qui eis legit aliqua capitula bi/
blie.vt fertur in occulto damnando legem
euangelicam cum essent ibi mercatores. et
taliter impressit errorem pdictū et alios i eis
q venientes in hispaniā multos alios per
uerterunt in occultis Et isti sunt illi de qui/
bus supra dixi in prima heresi.q fuerūt ab
sconditi quasi per mensem p sanādo vulne
re circūcisionis.et q expectant in breui face
re transitum in berberiam cum illo Nōso ne
quam qui eos expectant secrete i ciuitate hi/
spalēs.vt facto transitu ibi libere efficiātur
iudei. Qui hoc nouit testimonium perhibu
it.et scimus.qr verum est testimonium eius

¶ De heresi eorum qui negant confessionē valere ad remissionem peccatorum.

Tercia heresis est eorum qui negāt cōfessionē valere ad remissionem peccatorum. Sunt eni nōnulli xpiane religionis inimici qui asserunt ꝙ cōfessio non valet ad remissionem peccatorū. qđ ꝓbare nitunt auctoritatib' et rōib'. Primo sic de' gratis remittit peccatū nō merito hominis ergo nec per confessionem. si eniʒ per confessionem remittit peccatū merito remittitur confitentis. Secūdo sic. apostolus ait ad Titū. iij. nō ex operibus iusticie que fecimus nos s; ẽm suā miām saluos nos fecit ergo non ꝑ confessionem. Tercio sic ẽm apostolum ad Ro. ix. nō est volētis neqʒ currētis sed miserētis est dei. Prima eni gratia quam deus ĩ nobis operatur est peccatoruʒ remissio. ergo ñ mediāte cōfessiōe sed di miseratiōe remittitur culpa. ñ ergo cōfessio ē necessaria ad salutem. Secūdo hoc ꝓbare nitūtur auctoritatibus sanctorum. Primo auctoritate Ambro. sup. Lucam dicētis. Ideo fleuit petrus. quia culpa surrepsit ei non invenio quid dixerat. invenio ꝙ fleuit. lachrimas eius lego. satisfactōem nō iuenio. Cōtra hāc heresim multe clamāt auctoritates sāctorum Ait eñ august. Cōfitere quecūqʒ fecisti que in verbo. que ĩ ope. que ĩ nocte. que ĩ die. cōfitere ĩ tempore oportuno. et ĩ die salutis recipies celestem thesaurum. Secūdo ait Grego. Nō vult deus vlcisci maliciam q̃ cōfiteri delicta ꝑsuadet optat dissolui cōfitētes ne cōtumaces ꝑnire cogatur. quotidie ꝑ euāgeliū clemēter vocat cōfessiōem tyranni ex puro corde desiderat. et cūcta que delinquimus relaxat. ¶ Ad primam ratiōem q̃ dicunt heretici ꝙ deus gratis remittit peccatum ñ merito hoīs. Dicendum ꝙ sola di gratia peccatum remittitur. nec confessio est causa efficiēs remissiōis peccati: sed sola gratuita volūtas dei. Est tamē cōfessio cā sine qua nō quia nisi homo peniteat a deo peccatum ñ remittetur. sicut sol domum illuminat. quia fenestra aperitur. ñ tamē apertio fenestre ē causa illumiatōis sed causa occasionalis. causa vero efficiēs illumiatōis est ipse sol. ¶ Ad secūdam ratiōem in qua dicit ꝙ ñ ex opibus iusticie que fecimus nos. sic intelligendū est ꝙ opa ñ excludūt gratiam nec gratia opera. quia ex gratia opera et ipsa gratia est cā efficiēs nostre salutis. Similiter gratia nō excludit penitentiam. nec penitētia gratiam. quia et penitētia quedam gratia est. Eodem modo respondendum est ad terciam rationem nō est volētis nec currētis. quia q̃uis cursus id est oꝑatio vel bōa volūtas sit salutis occasio tamē efficiēs cā salutis existit penes gratiam dei miserentis deus enim primam gratiam operatur in nobis. id est peccati remissionem non meritis nostris exigentibus. sed misericordia sua tātum. Ad auctoritatem ambrosij qui dicit se lacrimas petri legisse non satisfactionem vel confessionem. per hoc non excludit qui mlta facta sunt que scripta non sunt. vel dicitur ꝙ nondum facta erat institutio confessionis

¶ De heresi eorum qui negant confessioneʒ fieri homini.

Quarta heresis est eorum qui concedunt confessionem fiendam sed negant eam fiendam homini. Dicunt eni isti heretici. Quid oportet ꝙ ista publicatio peccatorum fiat modo in noua lege homini per confessionem ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo per solam contritionem quid ergo oportet modo addere confessionem. Secundo sic. Cris. super epistolam. ad Hebreos dicit non dico tibi ꝙ te prodas in publicum nec apud alios te accuses s; obedire te volo prophete dicenti psal. xxxvi. Reuela viam tuam ante deum. ergo confitere peccata tua ante verum iudicem cum querimonia. delicta tua pꝛũa non lingua sed conscientie tue memoria. et tunc demū spera misericordiam te posse consequi. Item tercio dicit idem Crisost. peccata tua dicito vt deleas illa sed si confunderis alicui dicere dicito ea quotidie in anima tua non dico tibi vt confitearis illa conseruo tuo vt tibi exprobret dicito deo. quoniam curat ea nec ei si ñ dixeris ea nō ignorat cum ea faciebas. presto erat cum admitteres ea cognouerat. Ex omnibus istis ergo illi cliciunt confessionē fiendam soli deo. Hec rabida heresis multum viget istis temporibus in aliquibus occulte confabulantibus et in conuenticulis

suis. ¶ Pro destructione huius erroris intendo contra ipsum procedere quintupliciter. Primo auctoritate veteris testamenti per quam ostendam quod confessio que fit homini in noua lege iam fuit declarata in veteri lege. quia scribitur Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. Tunc arguo sic ex ipsa auctoritate peccata abscondi non debent imo confiteri. ergo deo vel homini. non deo: quia ps. dicit. delicta mea a te non sunt abscondita; Et apostolus ad hebr. iiij. omnia nuda et aperta sunt oculis eius: ergo peccatum abscondi homini non debet. imo debet confiteri homini hoc ostendit nobis xps in figura quando dixit leprosis Luce. xvij. Ideo ostendite vos sacerdotibus et sequitur quod dum irent mundati sunt: secundo arguitur contra eandem heresim ex parte perfectionis legis noue. Unde circa hoc est sciendum quod deus in omni statu scilicet nature quod legis mosaice quod legis etiam gratie voluit quod sibi homo pro peccatis confiteretur sed diuersimode. Nam in statu nature sufficiebat sibi vt homo de peccatis solam contritionem haberet vt in corde peniteret. sed postea procedens in statu legis qui fuit perfectior statu nature voluit vt non solum homo de peccatis contritionem haberet. sed quod etiam pro peccato aliquod holocaustum offerret sicut vitulum de armento ac edum de grege. Sed postea vltra procedens in statu gratie tanquam perfectiori ceteris voluit vt non solum corde et sacrificio. sed etiam ore proprio confessio fieret de peccatis. et valde congrue dominus ordinauit. quia sicut nos sumus in statu perfectioris vite. ita perfectius a peccatis nos fine expurgari debemus: Status enim noster. scilicet gratie statui nature siue legis comparatur sicut fructus comparatur flori. nam sicut fructus plus habet de perfectione quam flos. sic status gratie plus habet de perfectione quam status nature vel legis mosayce: quare nullus debet mirari si nos qui sumus in gradu perfectiori quam fuerunt gentiles vel iudei. si a nobis plus exigitur vt perfectiores inueniri valeamus. Sicut enim fructus venit post florem ordine nature sic confessio oris venit post cordis contritionem et sicut fructus latet in arbore antequam floreat sic in statu nature ista confessio nullatenus apparebat. quia soli deo per contritionem fiebat. sed sicut postea per florem ostenditur aliquantulum fructus. sic in statu legis aliquantulum oportuit hominis perfectionem per munera apparere. quia tunc peccatum non solum deo. sed etiam populo erat notum licet non expressum. sed cognoscebatur ex quo offerebat quod in aliquo deum offenderat. sed per quod ignorabat. sed cum fructus per florem aduenit tota virtus arboris in eius productione se ostendit. Sic eodem modo in statu gratie quando nunc est tota perfectio hominis in hoc debet consistere quod non solum cum deo conueniat sicut primi nec ipsi per munera se ostendant sicut secundi veniendo. scilicet ad confessionem. sed etiam oportet quod peccatum exprimat sicut arbor in tota perfectione sua profert fructum. et ideo voluit vt ore proprio confiteamur de peccatis. Et quia ipse non est presens visibiliter dimisit nobis ministros ecclesie vt eis confiteremur. vt sic ordo nature diuine prouidentia responderet. Unde Leo papa multiplex misericordia dei que ita lapsibus humanis subuenit vt non tantummodo per baptismum sed etiam per penitentiam spes vite reparetur. Christus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem: vt vere penitentibus penitentie satisfactionem daret. et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per gratiam reconciliationis admitteret. Tercio arguitur contra eandem heresim sic. quia sicut dei filius erat prius hominum incognitus. sicut verbum cogitatum est ignotum. ita volebat quod homo recognosceret ipsum esse deum. vt in corde suo solum quando peccauerat se recognosceret offendisse. Et ideo non requirebat ab eo vltra vires. sed quod sibi proportionabiliter sicut ipse erat incognitus ita sibi homo incognite responderet. Sed quando modo est non solum vt verbum cogitatum sed etiam prolatum in quantum ex virgine carnem sumpsit. et in mundo verus deus et homo apparuit. requirit vt homo sibi non solum agnoscat clamdestine se deum offendisse. sed etiam se deo oretenus manifestet qui pro peccatis suis se manifestauit carnem de virgine assumendo et ideo vult vt non solum homo sibi corde confiteatur sed etiam oretenus suo sacerdoti. Unde Augu. de verbis domini. Qui vult videri deus cum sit homo non imitatur illum qui cum deus esset pro illo factus est homo. tibi quidem non deo esto aliquid minus quam es sed cognosce quod es cognosce te infirmum: cognosce te hominem cognosce te peccatorem. appareat in confessione

tua macula cordis tui et ptinebis ad greges xpi qr confessio peccatorum inuitat medicu̅ ad sanādu̅. Quarto arguitur contra eandez heresim ratione assumpta p similitudinem in moralibus sicut enim videmus ꝙ quando aliquis bonus homo offenditur ab aliquo no̅ solum ipse dominus offenditur sed etiam vxor eius. nec etiam ipse placatur ab offensa nisi ab eius vxore si tame̅ sit fidelis ei indulgentia etiā postuletur. Sic deꝰ nu̅ꝗ͂ pat alicui q̄ eu̅ offenderit nisi vxori sue. s. ec clesie recōaliet se. xp̄s eni duas vxores hre dicitur vnā. s. pulcherrimā et dilectam ac sibi gratam. s. ecclesiam que velut bona dn̄a i iuriā sibi reputat quicquid xp̄o iniuriose est illatum. Et ideo xp̄s nu̅ꝗ͂ placat nisi vxori tam nobili et tā dilecte peccator reconalietur cuius locu̅ tenet sacerdos quicu̅ꝗ͂ sit du̅mo do potestatem habeat absoluendi. Vn̄ augu. in li. de penitentia. Qui vult cōfiteri peccata vt inueniat gratia̅ querat sacerdotem q sciat ligare et soluere iudicet homo scipsum voluntate dum potest et mores conuertat in melius et veniat ad antistites per quos clauis illa in ecclesia ministratur a prepositis sacramentorum accipiat satisfactio̅i sue modu̅. Quinto et vltimo arguitur contra ea̅dem heresim hic. qr sicut deus offenditur qn̄ homo perpetrat malu̅ ꝗ̄ quasi quandam verecu̅diā patitur si seruus quez redimerat ita care apostataret ab eius pio domino p peccatum ita vult ipse deus ꝙ quando reconalietur illi ip se seruus verecu̅diam et maiorez confusionem patiatur no̅ aute̅ pōt maiorez pati ꝙ̄ quando seruo ꝑpter deum humiliatur et sibi oretenus confitetur. Non enim esset magna humiliatio si domino tantum se humiliaret. quare deus voluit ꝙ homo cōfiteretur homini. s. suo sacerdoti. Unde Beda. Conueniēs est vt nos qui peccādo deo contumaces fuimus penitendo supplices sacerdotibus et ministris eius simus. et hō qui ad gratiam conseruandam mediatore eguit. iam eam nisi per mediatorem habere non possit. Ex predictis igitur manifestum est ꝙ no̅ sufficiat solum deo confiteri sine sacerdote. nec est vere humilis et penitens si n̄ desiderat et requirit sacerdotis iudicium. Si tame̅ non pōt habere copiam sacerdotis suf ficit cōfiteri socio vel pximo studiose tame̅ inquirendus est sacerdos. quia sacerdotibꝰ concessit potestate̅ ligandi et soluendi. et iō quibus ipsi dimittunt et deus dimittit. Si vero desit sacerdos socio vel proximo faciēda est confessio. Unde augu. Tanta vis cōfessionis est vt si deest sacerdos confiteat pximo. Sepe enim contingit ꝙ penitens non pōt verecu̅dari ante sacerdotem quem desiderauit nec tempus nec locus offert et si ille cui confitebitur potestatem soluendi non hz sit tame̅ dignus venia ex sacerdotis desiderio qui crime̅ socio confitetur. Mundati eni sunt leprosi du̅ irent se ostendere sacerdotibꝰ anteꝗ͂ ad eos veniebāt. Unde p du̅ ad cor respicere du̅ ex necessitate phibentur ad sacerdotes peruenire. Nunc restat respondere ad argumēta hereticorum in principio huiꝰ terciꝫ erroris posita. ¶ Ad primum cum dicit quid oportet ꝙ fiat ista publicatio peccatorum ex quo in lege veteri non fiebat nisi dō Respondetur ꝙ tunc offendebatur solu̅ deus modo homo et deꝰ qr deus factus ē homo ideo oportet ꝙ reueles et publices peccatum tuum deo per contritionem et homi per confessionem et dices cum. ps. xxxi. Delictum meum cognitum tibi feci et iniusticiā meam non abscondi. s. homini cui abscondere poteram quia deo notum erat. Ad secundum argumentum Crisostomi non dico vt te prodas etc. dico ꝙ non est ita intelligendum ꝙ liceat alicui si te̅pus habeat sacerdoti no̅ ꝯfiteri sed quia sufficit vbi crimen occultum est soli deo per sacerdotem dicere. et ideo non oportet publicare coram multis quod occultum est quod notauit dicens. no̅ tibi dico vt te prodas in publicum. Vn̄ leo papa. sufficit confessio que primum deo offertur deinde sacerdoti qui pro delictis penitentium precator accedit. tunc enim plures poterunt ad penitentiam prouocari si populi auribus non publicetur consciencia confitentis sicut eniꝫ publica noxia publico egēt remedio ita occulta secreta confessione et occulta satisfactione purgantur. Nec necesse ē vt quod sacerdoti semel confessi fuimus iterum confiteamur nisi quod absit in idem cōtingat nos redire. sed lingua cordis no̅ carnis apud verum iudicem id semper confiteri debemus. Unde Cris. Nunc autem filio cordaris peccatorum tuorum. et frequenter ea in conspectu dei pronu̅cies et pro eis deprecēris cituꝰ ea delebis. Si vero obliuiscar

tunc [illegible] nolens quādo publicabūtur et in cōspe[illegible] angelorum. et per ea que dicta sunt patet solutio etiam ad tercium argumentum et sic sum expeditus de quarto errore siue heresi.

¶ De heresi eorum qui asserunt confessionem fiendam solum curato sicut proprio sacerdoti.

etiam saluatoris nostri qui fuit pauco tempore ante destructionē secūde domus secundum q ipse dixit. Luce. xix. q non remaneret in ea lapis super lapidem quotidie fuerunt de malo in peius. et que gloria erat q ipsa durauit decem ānis plus cum ipsi manerent captiui et subditi: Sunt alij sapiētes iudeorum qui declarauerunt q maioritas illa fuit quia fuit melius operata q prima salomonis et q illam reparauit herodes. ¶ Sed bene debemus intelligere q non attingit herodes ad illud ad quod attingit salomon vt faceret maiorē et meliorem domum. Ceterum thalmuth i libro qui vocat yoma dicit q quinq qui fuerunt in prima domo non fuerunt in secunda. Primū archa testamenti. secūdum sembāmeforas q ponebāt sacerdotes super cor suum. quia mandauit lex in Exodo q cum alijs pānis sacerdotalibus faceret vnum aliū pannum qui in hebraico vocatur osphet qui esset quadrat⁹ et duplicatus et q esset quantitatis vni⁹ palmi in longum. et alterius palmi in latū iter duplicaturam huius pāni ponebat sacerdos sembammeforas scriptū in hoc panno mandauit lex q ponerētur duodecim lapides preciosi in quattuor lineis de tribus in tres ita q tres essent directe in qualibet linea et mandauit q scriberentur nomina duodecim tribuū in illis lapidibus vnum nomen in quolibet lapide. et cum sacerdos pōebat super se hunc pānum volens scire si irent ad faciendum guerram vel si haberent victoriā et si irent que tribus haberet victoriam per virtutem illius sembammeforas statim relucebat lapis et splendebat nomen illius tribus per quam debebat habere victoriam et si non oportebat ire ad guerram splendebāt quedam littere que dicebant non. et si oportebat ire relucebant littere que dicebant sic. et istud non fuit in domo secunda. Tercium q non descendebat ignis de celo ad comburendum sacrificium sicut in prima. Quartū q gloria dei que apparebat i prima domo in sanctasanctorum inter cherubin non videbatur in domo secunda. Quintum q in prima veniebat spiritussanctus ad loquenduz cum prophetis et in secunda non. quia tres vltimi prophete. s. aggeus zacharias et malachias qui fuerunt in domo secunda erant senes et remanserant a tempore dom⁹ prie et in malachiam cessauerunt ppbete q ipse fuit vltimus. nunc ad ppositum redeamus ex quo in domo secunda deficiebant ista qn q in quo erat maioris glorie q prima nisi quia debebat in ea venire messias filius dei viui qui incomparabiliter excedebat omnia predicta. Patet ergo manifeste ex hac pphetia nullam aliam domum siue templuz materiale fiendum cum domus illa secunda esset nouissima in qua venit xp̄s qui est vera gloria. ¶ Sed arguit vlterius iudeus si tu dicis q hec prophetia fuit impleta in domo secunda quando motum est celum et terra et mare et arida quia non videntur ista facta esse in aduentu ihesu nazareni ergo necesse est dare terciam domum quando ista implebūtur. Respondeo q immo omnia ista fuerūt impleta in aduentu ihesu nazareni veri messie. Dicit enim adhuc vnum modicum. id ē tempus breue respectu precedentis durationis mundi et ego mouebo celum. istud fuit impletum quando stella noua in natiuitate xp̄i apparuit. Math. ij. et terram et mare quod fuit impletum per victoriam romanorum in omni terra et in insulis maris. Et mouebo omnes gentes hoc fuit impletum imminēte christi natiuitate propter quod exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis redactus sub dominio romani imperatoris pter qd ibant singuli in ciuitatē suā et tunc xp̄s fuit natus. Luce. ij. Ipo ergo xp̄o adueniēte multitudo maris ad eū est conuersa celum. tellus et maria sunt commota. cōmota inq̄ sunt celi et terre et maris habitatores exultauerunt. et vndiq terrarū iherusalem habitationes varias oblatiōes varias ad laudem ipsius christi attulerunt. Ad secundum in quo querebatur si daretur tercium templuz materiale quid contineret dicit iudeus q contineret archam. tabulas virgam et manna. Sed contra hoc est Hiere: in capitulo. iij. non dicent vltra archa testamenti neq ascendet super cor neq recordabuntur illius nec visitabitur. nec fiet vltra. s; in tempore illo vocabunt iherusalem soluz dn̄i et cōgregabūtur ad eū omnes gētes. vbi est glosa doctorū iudeorū q p tēpe ihrlm syō soluū dn̄i. iuda israel sāctuariuz terra oia hec vocabula significāt gliam padisi Ad terciū si dareſ terciū tēplū ad qd seruiret dicūt iudei q seruiret p sacrificijs faciendis sicut

p̄terita domus. Sed contra hoc dicit de ysa: ulti. Celū sedes mea terra scabellū pedū meorum que est ista dom⁹ quā edificabitis mihi et quis est iste locus quietis mee. Respondent iudei domino. domus ista tercia dom⁹ edificabitur tibi pro sacrificiis offerendis. sicut in ceteris domibus fuit factum vt respicias p̄ peccatis nostris et parcas et dicit dominus eis ad quē respiciā nisi ad paupculū contritum spiritu et trementem sermões meos. Et exēplificat de sacrificiis antiquis. dicens qui imolat bouē. quasi qui interficit virum. qui mactat pecus quasi qui excerebrat canem qui offert oblationem quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordatur thuris quasi qui benedicat ydolo. quasi dicat ista sacrificia non mihi placent. cessare debēt et solū mihi placet quod tpe messie est fiendum. id est sacrificium cordis contriti et humiliati. etc. ¶ Ad quartum in quo queritur si daretur tercium templum quis ibi ministraret. Respondent iudei q̄ ibi seruirent sacerdotes de leui. et de sadoch. ¶ Sed contra hoc est ysa. in: c. eodem vbi loquens de messia. dicit. et declinauit super eā sicut flumen pacis. sequitur et mittet agentes in affricam et lidyam et ytaliam et grecyam etc. et faciet ex eis in sacerdotes et leuitas. dicit dominus quod impletum est in ihesu nazareno tempore apostolorum Sacerdotiū enim antiq: legis figura fuit sacerdotij noue legis. et io p̄sente sacerdotio noue legis cessare debet antiquum iuxta illō. i. Reg. ij. vbi sic ait deus. Nunquid nō aperte reuelat⁹ sum domui patris tui cū eēt in egypto et elegi eū ex oib⁹ tribub⁹ israel mihi in sacerdotē vt ascēderet i altare meū. sequit. Ecce dies veniūt et p̄cidā brachiū tuū et brachiū domus patris tui vt nō sit senex in domo pris tui. i. presbyter vel sacerdos et quasi in fine capituli ꝯcludit. et suscitabo mihi sacerdotē fidelē qui iuxta cor meum et animam meam faciat: et edificabo ei⁹ domū fidelē et ābulabit corā christo meo cunctis diebus. vbi euidenter ostenditur q̄ iudeorum sacerdotium erat finaliter ꝯsūmādū et erat aliud ꝯsurgendū cunctis diebus perduraturis coram xp̄o domino Juxta illud. ps. Tu es sacerdos ineternū secūdum ordinē melchisedech. Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere p̄ institutionē sadoch et expulsionem abyathar a sacerdotio. tercij Reg. ij. c. q2 cū illa exclusione hāc etiam generalē intellexit ꝓpheta sicut apparet ex mō loquendi quia dixit q̄ cunctis diebus certū est autem q̄ cūctis diebus sadoch non ministrauit nec volo tacere q̄ sequitur i eadem prophetia futurū est autem vt quicūq̄ remanserit in domo tua veniat vt oretur pro eo et offerat nummum argenteum et tortam panis dicatq̄ dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam buccellā panis hic est text⁹ noster. littera vero hebraica sicut habui a quodam perito conuerso de iudaismo reuelante mihi hoc secretum hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotē fidelem sicut cor meum et voluntatem meā faciet et venient ad adorandum et me in domo mea in calice argenti et in placentula panis et dicent coniunge me nunc vni istorum sacerdotum ad comedendum hanc placentulam panis. littera hebraica vbi nos habemus nummum argenteum habet agorath quesepb quod sonat in calice argenti. ¶ Ex quibus manifeste patet non solum mutatio sacerdotum sed etiam nouum sacrificium fiendi in calice argenti et torta panis que vt clare patet impleta sunt in aduentu christi et suorum sacerdotum de ista materia lati⁹ dicetur infra in. xxiiij. argumento ¶ Ad quintum scilicet si daretur tercium templum que dies illud solennizaret. Respondet iudeus q̄ dies magis solemnis in illo templo erit sabbatum. ¶ Sed contra hoc est Jsaias capitulo vbi supra erit mensis ex mensē scilicet solaris ex lunari et sabbatum ex sabbato. quasi dicat dies dominicus ex sabbato q̄ totum impletur in nostra iherusalem ecclesia militanti tempore veri messie non enim debebat manere festiuitas sabbati nec quecunq̄ alia iudeorum. Unde Jsa. i. ¶ Neomenia et sabbatum et festiuitates alias non feram iniqui sunt cetus vestri kalendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. ¶ Templum ergo. et iherusalem quod debuit edificare tempore messie est spirituale scilicet ecclesia vel paradysus non materiale quod impletum est in ihesu nazareno: ¶ In confirmatione omnium predictorum scilicet q̄ non sit dandum tercium templum sicut le/

gimus in chronicis īperatorū et sūmorū pō tificum. Julianus apostata odio fidei xpi/ane pcepit iudeis vt templū suū reedifica/rent. qui ex omnibus mūdi ptibus cōgregati opus facere inceperunt. sed qd cū magno labore et per multa tpa fecerant subito cor/ruit terremotu. hec ibi. Iste iulianus suscitauit. xij. persecutionem xpianorū. Itē tempe martini pape primi. Humarus princeps sar/racenorū veniens iherusalē vbi oli fuit templū iudeorū quod per tytū destructū fuerat diligenter iubet inquiri loco vero reperto et diligenter mūdato cepit templum edificare et structura non stabat immo repente corruebat. sciscitāsque cur hoc accideret per quosdam iudeos reperit q nisi crux dñi. que erat in mōte oliueti de medio tolleretur edificare non possit qd factū fuit sublata enim cruce domini structura tenuit et humarus supra sepulchrū domini vnā ecclesiam rotundā edificauit pro eo q machometus dominū nostrum ihūm xpm tanq dei summū pphetā non autē tanq deū adorari mandauit. Di/cit enim in alchorano ihūm xpm verum fuisse pphetā natum de virgine conceptū de spiritusancto sed non deū. et si queratur cur cruce domini existente in monte oliueti structura illa non stabat. Ratio esse potuit qr non patiebatur deus ibi templum fieri blasphe/mie preciosa domini cruce ibi existente i quo templo dum humarus sacrificaret a quodā persa interfectus est hec in collectura hysto/riarum.

¶ Contendit iudeus probare q ihūs nō ē verus messias. quia in eius aduentu non ē saluata iuda

Quintumdecimum argumentū iudeorum contra xpm accipitur per illud Hiere. xxiij. Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo dauid germen iustū trāslatio chaldaica habet. i. messiam iustum. sequitur In diebus illis saluabitur iuda et israel habitabit confidenter etc. Sed nūq tot miserie acciderūt iudeis sicut post mortem ihesu nazareni sicut patet in destructione ci/uitatis et templi ergo non est ipse messias Ad illud argumentum respondetur q illa pphetia est impleta quātum ad illos qui fuerunt veri filij israel et iuda qui saluati sūt spiritualiter non solū quātum ad animas sed et corporaliter qr vt dicitur in ecclesiastica hystoria imminente destructione ciuitatis per ty/tum et vespasianū admoniti sunt fideles q erant in iudea per angelum vt transirent i regnum regis aggrippe qui erat confederatus romanis in pace. Infideles autem qui ibi erant non credentes in xpm suam miseriam de suo peccato meruerūt. Huic concordat responsio venerabilis magistri Petri alfonsi i suo dyalogo titulo. ix. vbi dicit q pmissio eis dūtaxat est facta qui crediturj erant de israel, atq iuda vnde et incredulis non ē cō/pleta quemadmodum populo israel de egypto educto quidam quia peccauerunt et a pceptis domini recesserunt. terram promissionis non intrauerunt. quam promisit dominus moysi dicēs. Descendi vt liberarem populū meū de manu egyptiorū vt educerem de terra illa in terram bonam et spaciosam. sed omnes in deserto mortui sunt. hec ille. Im/pleta est ergo prophetia non in infidelibus q non sunt proprie filij israel et iuda sed in fidelibus fuit etiam impleta in domo secūda. quia de ea loquitur propheta. uel potest dici q illa saluatio et confidentia est de gloria celesti. quia ibi habitant confidenter. et sunt pfecte saluati.

¶ Contendit iudeus probare q ihūs non est verus messias quia non habuit filios neq semen.

Sextumdecimum argumentum fa/ciunt iudei ex illo Esa. liij. Uidebit seme longeuū quod itelligitur de messia. et in ps. Ponam in seculum seculi semen eius. Nunc autem non legitur ihūm nazarenū habuisse filios nec semen ergo ipse non est messias. Ad istud argumentū respondetur q ihesus nazarenus habuit filios et semen nō corporale sed spirituale. et hoc sufficit ad verificandū illā prophetiam quia verus mes/sias ihūs descendit de semine spūali nō corporali. quod patet quia prima promissio facta de messia fuit facta Abrahe Gen. xv. in semine tuo inquit sibi dominus bndicetur

omnes gentes et subdit quod sibi dixit dominus. In Isaac vocabitur tibi semen et tamen constat quod Isaac conceptus est secundum spiritum non secundum carnem sicut Ismael ut dicit apostolus ad Gala. iiij. A fortiori igitur et multo magis christus qui non ex virili semine: sed mystico spiramine. quia ergo verus messias ihesus fuit natus totaliter secundum spiritum de virgine sine viro sufficiat sibi quod beat filios spirituales et glosa hebraica super illo: in Isaac vocabitur tibi semen. Dicit hic notanter duo secula unum legis aliud christi et messie. in seculo legis fuerunt semen et filij carnales. in seculo christi spirituales sicut Isaac secundum spiritum natus est. et de istis filijs loquitur dauid. ps. xliiij: qui ad litteram etiam secundum expositores iudeorum exponitur de rege messia in quo dicitur sic. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij etc. sicut enim ipse non debebat hereditare regnum a patre carnali sic nec debebat regnum temporale dimittere filio carnali quod ostendit humilitatem et mundiciam ipsius et forte ratione istius fuit et est consuetudo inter christianos quod papa qui est vicarius christi non est heres regni sui patris nec dimittit hereditatem filio suo. quia ipsum habere non potest.

¶ Contendit iudeus probare quod ihesus non est verus messias. quia lux lune non est facta ut sol nec sol ut septem dierum.

Decimumseptimum argumentum iudeorum est de sole et luna quoniam in diebus messie ut patet Isa. xxx. erit lux lune sicut lux solis. et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Respondetur secundum peritum virum Petrum alfonsi in dyalogo ti. ix. quod non est gens in mundo stolidior iudeis qui putant quod corpus vel lumen lune deus augeat sive solis. Sol enim si quantus nunc est maior esset dupliciter totum profectum hominum combureret nedum si septempliciter quod si et lumen septempliciter magis esset oculos nimirum nostros nimio splendore obtunderet. lumen etiam lune si splendori solis proficeret nemo iam ultra quiesceret. semper enim dies esset. Per lunaris igitur lucis sive solaris augmentum voluit propheta intelligi fidem et gloriam in christo credituro rum. ac si diceret fides illorum et gloria multipliciter maior erit et plucidior quam modernorum. et quod non de luna vel sole isto visibili sed de christianorum credulitatis gloria et splendore propheta loquatur in sequentibus testatur cum subiungit. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem nec splendor lune illuminabit te sed erit tibi dominus in lucem sempiternam et deus tuus in gloriam tuam et non occidit ultra sol tuus et luna tua non minuetur. quia dominus erit in lucem sempiternam. Nam si de sole vel luna proprie diceret hoc quidem quod dicit non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem nec splendor lune illuminabit te illi quod supra dixerat contrarium esset: erit scilicet lux lune sicut lux solis et lux solis erit septempliciter. Patet ergo quod de splendore et gloria fidei propheta sancte ecclesie hic loquitur quod ex consequentibus designatur cum subditur. sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. et dominus deus tuus in gloriam tuam ac si diceret nequaquam ulterius luce credulitatis vestre huius que est similis solis istius transitorij vel lune indigebitis fulgoribus. Gloria quippe lucis sue vos eternaliter illuminabit dominus. sed et quod sequitur non occidet ultra sol tuus et luna tua non minuetur si hoc inquantum ita ut est intelligeretur. scilicet ut solis splendor ac lune foret continuus non esset iam dies vel nox mensis vel annus que omnia solis et lune proveniunt vicissitudinibus ergo non est immerito de luce et gloria fidei nostre que nec minuetur nec occidet spiritualiter dictum intelligimus. hec ille. Nonus versus bene locutus est. vel aliter secundum nicolaum de lyra dicendum est quod loquitur propheta de aduentu christi ad iudicium tunc mutabuntur et innouabuntur quodammodo corpora celestia. et tunc saluabitur vulnus populi et precisura plage eius quia destruetur mortalitas per peccatum primorum parentum inducta. quia omnes homines resurgent ad vitam immortalem. utraque expositio videtur necessaria ut perfectio glorie christianorum ostendatur. scilicet in presenti quo ad primam et in futuro seculo quo ad secundam.

¶ Contendit iudeus probare quod ihesus non est verus messias quia in eius aduentu non est sublatum sceptrum ab israhel.

l

DEcimūoctauum argumentum iu-
deorum est. messias non est ventu
rus quousqꝫ sceptrum israel sit ab
latū sed nondum est ablatum sceptrū israel
ergo nondū venit messias. maior patꝫ Geñ.
xlix. non auferetur sceptrū de tribu iuda etc̄:
minor probatur ꝙ adhuc manet potestas seu
dominiū iudicādi causas et determinandi
apud capita transmigrantium q̄ sunt in ba-
bylonia que locū regis tenēt super totuꝫ po
pulū israhelíticū vt habet a rabimoyse egy-
ptio libro de iudicibus in determinatōnib⁹
suis de canhedrin. iiij. c. vbi sic dicit. Capita
transmigrationis que sunt in babylonia lo
cum tenent: et pñt dñari in iherusalē et vbiqꝫ
terrarū et iudicare super eos siue velint siue
nolint sicut scriptū est. Non auferetur sceptrū
de iuda. per istud enim sceptrū intelliguntur
capita transmigratiōis q̄ sunt in babylonia
hec ille. Rñdetur ꝙ minor huius argumēti
scꝫ ꝙ sceptrū israel nōdū ē ablatū non soluꝫ
est manifeste falsa ꝑm euidētiā facti sed ē eti
am notorie ficta seu mendosa et per cōseqn̄s
contra propheticam veritatē. vt notat magi
ster Paulus in suo dyalogo dis. iij. c. ij. Pri
mum patet ex hoc. nam babylonia i qua as-
serunt iudei esse capita transmigrantiū ha-
bentium tales potestates et dominia supra to
tum populum iudaicum manifestū est ꝙ iā
a magnis temporib⁹ citra ē destructa et inha-
bitabilis reddita. et hoc fuit ꝓphetatū de ea
Esa. xiij. c. vbi sic habetur. Et erit babylon
illa ciuitas gloriosa in regnis inclyta in su-
perbia chaldeorum sicut subuertit dominus
zodomā et gomorrā. nō habitabitur vsqꝫ in
finē et nō fundabitur vsqꝫ in generatione et
generationem. cōstat ꝙ in terra inhabitabi-
liter destructa nullus commoratur. et multo
minus est credibile ꝙ sunt ibi talia capita.
Est etiam notorium inter iudeos ꝙ a ma-
gnis temporibus retroactis nūꝙ in ꝑtibus
babylonis nec aliquod iudiciuꝫ nec deter-
minatio. nec solum rumor aliquis de illis
ꝑtib⁹ ad istas ꝑtes europe venit. Unde no-
torium ē ꝑm euidētiam facti ꝙ n̄ sunt ibi iu-
dei dñantes super totā israel sicut asserūt iu-
dei. Secūdū aūt. s. ꝙ minor illa sit ficta seu
mendosa pꝫ ex doctrinā ꝑm predictū rabimo
ysen et cōiter ꝑm oēs doctores iudeorū extra
terrā ꝓmissionis nō pōt nec lꝫ. nec aliquādo
licuit alicui iudeo iudicare iudicia crimina-
lia. de quib⁹. s. est mutilatio. mēbri humani
aut occisio. Constat autem ꝙ q̄ nō hꝫ iuris-
dictionem in talib⁹ nō pōt iudicare nec capi
taliter punire blasphemū vł ydolatrā. homi
cidam. adulterū. nec aliū quēcūqꝫ incurrētē
talia crimina/ que grauissima sunt ꝑm legem
mosaycam. Et sic exceptis illis et similibus
cetera sunt leuia. Ex quo sequitur ꝙ illa ca
pita transmigrationū que iudei dicunt esse
in babylonia non possunt iudicare de graui
bus seu capitalibus criminib⁹ cuꝫ sint extra
terrā promissionis sed tm̄ de leuib⁹ et ꝑuis
quorum respectu non possunt dici habere sce
ptrū nec potestatē regalē, put dicūt iudei. nec
pōt dici ꝙ tenent sceptrum seu locum regis
sed tales essent sicut iudices inferiores ha-
bentes modicā ptātē. Manifestū ergo ē ꝙ
rabimoyses et alij rabini qui asserunt ꝙ in
babylone sunt capita transmigrationū ha-
bentia potestatem regiam super totū popu-
lum iudaicū manifeste mentiūtur cum illō
asserunt quod ē contra mentē suā. oēs enim
concorditer tenent ꝙ extra terrā promissiōis
nulli iudeorū pertinet talis potestas. Est eti
am secūdo ꝑdicta minor contra propheticaꝫ
veritatē. legitur enim Osee. iij. c. sic. Dies mul
tos sedebunt filij israel sine rege et sine princi
pe et sine sacrificio et sine altari. que quidem
auctoritas tam ꝑm expositores iudeorū ꝙ
nostros intelligitur de statu iudeorum et ca
ptiuitate hodierna. Et sic patet ꝙ asserere iu
deos habere in babylonia vel alibi tēpore
huius captiuitatis principē vel regē: seu ali
quod huiusmodi est cōtra ipsam euidentiā
rei ficticium et mendosum ac contra prophe
ticam veritatem.

Contendit iudeus probare ꝙ ihesus nō
est verus messias quia non venit in tempo-
re quo fuit sceptrum ab israel sublatum.

DEcimumnonum argumentum iu
deorum est. si ihūs nazarenus fu
isset verus messias debuisset venir̄
tempore quo fuit ablatū sceptrum iuda sed
non venit in illo tempore ergo non est ipse
messias. maior pꝫ ex auctoritate allegata su
pra. mior probat̄ qꝛ si sceptrū iuda fuit abla
tum hoc fuit primo per machabeos qui non

erant de tribu iuda sed de tribu leui. Erãt ei
sacerdotes et totũ populum gubernabant il
li in templo secundo quod fuit per tricentos
annos et vltra ante aduentuz ihũ nazareni
vt ptz in hystorijs Josephi et alijs. Cũ igit
ihũs nazarenus natus sit tẽpore herodis re
gis qui machabeis successit in regno iudeo/
rum constat ꝙ non venit i tẽpore prenũcia/
to per patriarchã. nam longe añ tẽpus hero
dis in quo tempore xp̃s nat⁹ est iã erit abla
tum sceptrũ de iuda vt dictũ est transierat in
machabeis qui erant tribus alteri⁹. ¶ Dic
datur duplex responsio. Prima est ꝙ lȝ ma/
chabei fuerunt sacerdotes et per consequẽs
de tribu leui. tamen ꝑm lineam maternam
erant de tribu iuda. Et ideo per gubernatio
nem eorum non erat ablatum sceptrũ de iu/
da. tamen quia hoc nõ posset dare ꝓban. iõ
ad argumentũ cõcessa maiore. Respõdetur
ad minorẽ ꝑm alios planius. Ad quod sciẽ
dũ vt habet Nume. xi. c. tẽpore moysi d mã
dato dei fuerunt congregati. lxx. seniores is
rael vt essent coadiutores in regimine popu
licũ ipso moyse. et extũc ꝑm oẽs doctores iu
deorũ semp fuit in iudaismo collegiũ seu cõ
sistoriũ quod dicebat cãbedri ad quod oẽs
difficultates seu dubia fidei et legis perueni
ebãt et similiter omnia magna et summa iu
dicia seu controuersia de quib⁹ itelligitur cõ
mũiter illud Deutro. xvij. Si difficile et am
biguum apud te iudiciũ eẽ ꝑspexeris iter sã
guinẽ et sanguinẽ crimẽ et crimẽ etc̃. et infra
surge et ascende ad locũ quẽ elegit dominus
et sequeris sentẽtiã eorũ nec declinabis ad
dexterã vel ad sinistrã. qui quidẽ cãbedrin a
tp̃e dauid etc̃. citra residebãt principalit sub
regib⁹ et ducibus iude in iherusalẽ. et postea
in babylonica captiuitate. ¶ Dum ibi essent
reges vel duces de iuda. cõsequẽter in reditu
dicte captiuitatis residebũt in iherusalẽ sub
ducibus de tribu iuda. dũ essent et durabat
potestas eorũ etiam nõ existẽte rege vel du/
ce de iuda. ꝓut ptãs alicuius capituli vacan
te sede durat. et sic auctoritas et potestas cã
bedrin durauit etiã tempore machabeorum
et vsqȝ ad. xl. annos ante destructionem tẽ/
pli secũdi in quo tẽpore cessauit ex toto eorũ
ptãs seu iurisdictio eo ꝙ tũc tp̃is iterfeat he
rodes oẽs rabios seu magistros illi⁹ colegij
ꝓut habet in libro cãbedri hierosolimitano
in. c. de iudicijs peccũiariũ. Jtẽ habet i libro
abundasar. c. i. vnde protũc ꝓprie fuit abla/
tum non solũ sceptrũ de iuda sed etiã scriba
de filijs eius. quod quidẽ tẽp⁹ cõcurrit cum
tẽpore passionis ihũ xp̃i domini nostri. qui
ꝑm omnes per. xlij. annos ante destructiõnẽ
tẽpli secũdi fuit passus sicut regnũ herodis
qui fuit alienigena in cuius tẽpore titulus
regius a toto genere iudeorũ fuit ablatũ fu/
it valde propinquum tp̃i natiuitatis xp̃i ihe
su. Ex quibus patet ꝙ tp̃e herodis vt dictũ
est in quo tẽpore ver⁹ messias venit ex toto
sceptrum iuda fuit ablatum et ꝓphetia adi/
pleta. Et si forte dicat iudeus ꝙ in predicta
respõsione videt assignare duo tp̃a. s. quan/
do ablatũ fuit sceptrũ iuda herode regnante
qui alienigena erat. Et tp̃s qñ ablatus fuit
dux seu scriba de filijs eius quod vt dictum
est fuit impletum quando herodes occidit
rabinos seu magistros legis qui dicebãtur
canbedrin qui non videntur fundare in ali/
qua auctoritate autentica. nec cõcordare ver
bis patriarche supradicti iacob cũ ipse nõ as
signauerit duo tempora. sed tm̃ vnũ dicens
donec veniat qui mittendus est. s. messias se
cũdũ quod dicunt xp̃iani et ꝑm translatiõnẽ
chaldaicã. Respõdet ꝑm hystorias thalmu
dicas quas iudei tenẽtur tanꝙ autẽticas ha
bere duo fuerũt ablata de tribu iuda in di/
uersis temporibus licet non multũ ab inui/
cem remotis. vnũ ẽ sceptrũ regni qꝛ herodes
ascalonita cũ eẽt nõ solũ alienigena. sed eti/
am seruus de domo machabeorũ et de fac/
to regnasset in iudea et iherusalem. Jdcirco
timens ꝙ cum regnum ei non cõpeteret de
iure eo ꝙ legitur Deutro. xvij. ca. de medio
fratrũ tuorũ pones super te regẽ nec poteris
ponere super te alienigenam. possit pro tp̃e
aliquis consurgere de stirpe dauid et eum d
regno expellere. Jdeo interfeat omẽs quos
potuit habere de genere regio in qua occasi/
one ablatum fuit sceptrum de iuda ꝑsertim
secũdũ estimationem populi communem.
et ipsius herodis qui credebat nullum d stir
pe regia in iudea remansisse. Sed sceptro ab
lato modo predicto adhuc remãebant can/
bedrin qui dicuntur doctores seu scribe qui
residebant sub herode sicut alias residebant
sub regibus seu ducibus israelitis sed post
ea fuerunt ab herode interfecti cabedrini oẽs
et tunc proprie fuit ablatus scriba de filijs
iuda que omnia supradicta i libro qui dicit

babraca.c.i.et in libro canhedrin hierosoli/ mitano et in libro abodasera super allegato habentur. Patriarcha igitur Jacob spũ dei ista pcognoscens pprie pdixit. non auferet sceptrũ de iuda in hoc assignãs primã ablationẽ predictã ad titulũ regiũ ptinẽtẽ. Consequenter dixit et scriba de filijs eius in hoc presignans secũdã ablationẽ canhedri predictã. Que quidem duo in diuersis temporibus contigerũt ab herode seu herodianis. Et attẽdẽdũ ꝙ de prima ablatione sumus certificati per hystorias thalmudicas preallegatas non tamen de tempore quo contigit per eas certificamur. Per hystorias autem nostras.s.euangelicas certificamur nõ solũ de occasione sed etiã de ipsius tempore.tradunt enim herodẽ occidisse quoscũꝗ potuit in bethleem a bimatu et infra et hoc cũ natus esset ihũs in bethleem iuda. Mathei.ij. De secũda vero occasione.s.cãhedri et de tẽpore quo cõtigit sumus certificati per hystorias in libris preallegatis quod fuit p.xl.annos ante destructionẽ tẽpli secũdi. Et sic ptz ex predictis ꝙ non fuit ablatũ sceptrum de iuda per herodem nec dux seu scriba de filijs eius modo predicto donec venit messias vt predictum est.hec ex predicto dyalogo magistri Pauli vbi supra.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ ihũs non est verus messias quia in eius aduentu non venit in nubibus celi.

Vicesimum argumentũ iudeorum est acceptũ ex illo quod habet Daniel.vij.aspiciebam in visu noctis et ecce in nubibus celi quasi filius hois veniebat etc. Et fm oẽs doctores catholicos loquitur ibi de aduentu xpi.sed ihũs nazarenus non venit in nubibus nec in tali potestate qualis ibi describitur ergo nõ fuit xps Rñdet hic nicolaus de lyra ꝙ scriptura loqt de duplici aduentu xpi.s.in mundũ et ad iudicium; Prim⁹ aduent⁹ xpi describitur cum humilitate.et secũdus cũ maiestate. Daniel aũt loquitur de secũdo aduẽtu. Vnde ibidẽ dicitur. Aspiciebam donec throni positi sũt et sequitur ibidẽ iudicium sedit et libri aperti sunt. Judei autẽ excecati nesciunt hunc duplicem aduẽtũ distinguere et ideo errant multipliciter quia aliqui expectant xpm in aduẽtu suo statim apparere cũ tãta virtute et potestate ꝙ possit sibi omnia terrena subijcere et eos liberare et regnum suũ restituere. ppter quod et discipuli xpi post eius resurrectionẽ querebant Actuũ.i.c. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel etc. Alij autẽ ppter scripturas que manifeste loquunt de xpi humilitate et passione et propter illas q̄ loquũtur de eius eminentia expectant duos messias. vnũ qui dicitur fili⁹ Joseph et iste passiturus est et occidendus. Alius qui dicit filius dauid q̄ messiam filium Joseph resuscitabit et regnum israel restaurabit. sed illud dictum de scripturis non habet auctoritatẽ licet enim plures dicti sunt messie siue vncti quod idem est participatiue vt dauid et saul et alij predicti nullus tamen dicitur in scriptura venturus ad salutem populi nisi vnus. Item istud dictum p quanto habet apparẽtiam impletum est in xpo qui fuit filius Joseph putatiuus et sic vocatus vt patet in euãgelio. Est etiam filius dauid fm carnẽ sicut patet ex predictis.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ ihũs non est verus messias quia adhuc manet regnuꝫ romanorum.

Vicesimum primum argumentum iudeorum contra xpm sumitur ex quarto regno quod nomiãuit danielis.in.c.vij. Super quo sicut dicit magister alfonsus conuersus in libro bellorũ ti.xiij. Aliqui glosatores iudeorũ dixerũt qd illud quartum regnum est regnum romanorum ex quo arguunt ꝙ adhuc non venit messias quia vident regnum romanorum stabile et ipsi vocant xpianos romanos ex noie ciuitatis romane que caput est regni sui ibi est sedes pape et caput ecclesie. Et tenent iudei ꝙ rex messias habebat venire in fine regni xpi cuius regnum sempiternũ erit vt ptz ca.eodẽ et quia credunt ꝙ gens romanoruꝫ est gens edom.et ꝙ Julius cesar fuit d edõ et sic alij omnes reges qui fuerũt post eum in roma. Jungunt etiam cum hoc pphetiã Jeremie Trenorũ.iiij.gaude et letare filia

edom que habitas in terra hus. ad te quoq; perueniet calix inebriaberis atq; nudaberis cōpleta est iniquitas tua filia syon non ad/ det vltra vt transmigret te. Ex omnib⁹ his i/ ferunt iudei ꝙ nō debebāt redimi cōpleta receptione postꝙ scʒ nulla captiuitas seque retur quousq; fieret contritio et destructio il lorūʒ de edō. quos ipsi di cūt eē romanos q̄ seruant legē ihū nazareni. Et super predicta auctoritate Jeremie dicit rabi salomō ꝙ ibi Jeremias ꝓphetat destructionē romani im perij eo ꝙ destruxit tēplū et captiuauit po/ pulū iudeorū tpe tyti et vespasiani. et sic ꝑ filiam edō intelligūt romā seu populū ro/ manū cū dicitur gaude et letare filia edō q̄si dicat istud gaudiū quod habuisti in destru/ ctione ciuitatis et templi in tristiciā conuer/ tetur. qꝛ ad te veniet calix vindicte diuine Quia ergo nondū ē destructū romanum im periū. ideo dicunt ꝙ nōdū messias venit et istud argumētū est inter cetera in quo magis se firmant iudei expectantes quotidie d̄stru ctionē romani iperij. quo facto dicūt statim messiā venire et ideo quotidie orāt ꝓ destru ctione romani iperij et ꝓ̄sertī ꝓ destructione ecclesie xp̄i et discipulorū eius. vt patet per quādā orationē que quotidie ab eis dicitur in suis synagogis in qua inter' quedaʒ alia expresse dicitur. Omēs heretica subito pere/ ant que verba rabi salomō et rabi moysen et ceteri sic exponūt. Isti heretica sunt discipuli nazareni. Ad istud argumētū respondetur fm predictū magistrū Alfonsum eodem li/ bro et ti. Primo declarādo falsum eē romā siue populū romanū esse filiā edō ꝓ eo ꝙ re gnauerit sup eos homo q̄ fuit de edō sicut ipsimet iudei nō vocāt romani nec edomite ex eo ꝙ regnauit super eos herodes qui fuit de gente edō et de terra rome. Itē quia edō alio nomie dict⁹ ē esau. Geñ. xxv. et sic edom descendit de sem filio noe per Isaac cuius fi lius fuit esau. Tota enī europa i qua est ro/ ma dicāt populata fuisse a filijs Japhet ꝓ/ pter quod n̄ videt rōabiliter dictū ꝙ ꝑ edō significet romanū iperiū. Sepe enī accidit ꝙ diuersa loca eodē noīne noiant ꝓpter qđ multi decipiūt exponētes de vno quod de a lio intelligitur. verbi gratia. certū est ꝙ terra edō fuit ad ptē meridionalē versus mare an dalusie ꝑ quā filij israel transeūtes ꝑ deser/ tum cū exierūt de egypto venerūt et in eadē terra edō fuit mons synai et mons or. vbi mortuus est aaron. et ibidē erat francia quā dicūt iudei in hebraico carphat que noiat i terra edō in ꝓphetia abdie vbi dicitur trans migratio exercitus huius filiorū israel oīa loca chananeorū vsq; ad sarpetā. littera he/ braica habet vsq; carphat in qua fletit hely/ as quando dixit sibi dominus. surge et va/ de in carphat que est in sydone. et iterū surre xit et iuit in carphat. Et patet manifeste ꝙ ꝑ hoc quod dicitur carphat que est in sydone i terra de edō dat intelligi ꝙ est alia carphat alibi sita et ista est regnū francie quod est ad aquilonem. ecce ergo habem⁹ vnam frācā in terra edō. Itē hispania que dicit in hebra ico caphazat et de qua dicitur abdie. in. c. eo. infra transmigratio iherusalē que est in hus fro littera hebraica dicit caphazat. erat etiā prope illā franciā que dicebat carphat: que erat in sydone in terra edō in qua hispania si ue caphazat mortuus fuit antipas filius he rodis in diebus tiberij cesaris fm ꝙ dicit io sephus et sic vocauerūt aliqui sapientes hi/ spaniā terre edō in quo dederūt intelligi ꝙ nō est illa hyspania que vocatur in pte anda lusia et que ꝓpinqua alteri france que ē ad ptē septentrionis que nō est de terra edō. In/ uenitur enīʒ scriptū in libris cranium egypti orum ꝙ terra andalusie fuit vocata hyspa/ nie nomine primi regis quo habuit hoc no mē hyspan: quia venit de hyspania que est i terra edō. Sic etiā dicēdū de roma que i he/ braico dicitur bosra que est terra edō fm illō Isa. lxiij. Quis est iste qui venit de edō tin/ ctis vestib⁹ de bosra est vltra mare prope ter ram israel. Et dicitur in libro zorobabel ꝙ bosra erat magna ciuitas niniue. et sic non ē ista roma in qua est apostolic⁹ quia illa ro/ ma que in terra edō iam fuit deserta quādo fuit destructa babylonia. quia edō et moab et ammon et multe alie gentes venerunt cū rege babylonie ad destruendū israel et ideo receperunt penam cum eo. Dico ergo respon dendo sicut dixit Nicola⁹ de lyra. ꝙ ꝑ filiam edō intelligitur ipsa ydumea ab ipso esau ꝓ ut dictus est edō denominata. et inuehit hic specialiter propheta contra ydumeos qui d̄ buerant diligere filios israel eo ꝙ descende bant a duobus fratribus vterinis. s. iacob et esau. et ipsi magis econuerso habuerunt eos odio et in destructione iherusalē fuerunt cuʒ

chaldeis vt dictū est gaudētes de illa destru
ctione. Ideo dicitur in auctoritate. gaude et
letare filia edō quasi dicat ista leticia tāq̄ i
iusta in tristiciā conuertetur que habitas in
terra hus. ista hus nō est illa de qua nat⁹ fu-
it iob: vt habetur iob. i. sed illa eiusdē nomi
nis exñs in regno ydumee. q2 sicut dictū est
frequenter in scriptura reperitur q̄ due ciui-
tates et loca in diuersis posita eodē nomie
equiuoce nominātur. ¶ Iudei moderni di
cunt q̄ inuenerūt in quadā glosa chaldaica
q̄ grecia est terra hus. Constātinopolis ve
ro filia edom et quia predicta ciuitas est ca
pta a turcis. Dicūt q̄ iam est cōpleta iniq-
tas filie syon et sic nūc expectant messiā ven
turum. Istud etiā est falsum. s. q̄ hus sit gre
cia et consequenter alia q̄ pbatur sic quia vt
scribitur Geñ. ij. nunciatū est abrahā q̄ mel
cha filios genuisset nachor fratri suo hus pri
mogenitum et buz fratrē eius chamuelq̄ pa
trē syrorū et sunt tres prouincie cōiuncte de-
nominate ab istis tribus fratribus. ¶ Caput
terre hus fuit reblata que postea fuit vocata
antiochia et iste prouincie sunt remote a gre
cia vltra. xxv. dietas. et sic consequenter patz
q̄ grecia non est hus. Itē caput grecie ē con
stātinopolis. et iudei in suo hebraico vocāt
greciam yenam et sic non possunt dicere q̄
yenam est terra hus fm q̄ declarant predic-
tam pphetiā. et sic patet manifeste falsuz cū
dicunt q̄ constantinopolis ciuitas est terra
hus et discurrentes per deuia quecūq̄ retor
quentes textus scripturarum facti ceci dixe-
runt terminū signatū adimpletionis huius
pphetie in anno dñi. M. cccclviij. qui est fm
eos a creatione mundi quinq̄ milia ducenti
decē et octo. Unde dixit rabi abrahā fili⁹ ra-
bi hya qui habitabat barchinone declaran-
do in quodam libro quē fecit qui vocat̄ me
glina a megala quod interpretatur littera di
scooperta q̄ messias debebat venire anno. a
creatione mundi quinq̄ milia cētū decem et
octo quē numerum ipsi posuit in cōputo lit
terarū sui Abecedarij numerādo quia et cū
venit predictū tēpus iuenerūt falsum dictū
illius. Et ideo dicūt moderni iudei q̄ ille er
rauit. q2 vbi posuit q2 debuit ponere ria que
facit in numero ducēta decē et octo. quia. q2
vel cof quod idē est i suo alphabeto facit cē
tum et ria quod idem est q̄. r. vel res facit du
centos et cū iste sit annus vt dictum est fm

cōputū eorū a creatione mundi quinq̄ mi-
lia ducenti decē et octo. Ideo affirmabant
venturū esse messiam anno predicto q̄d pa-
tuit et patet esse falsum. Unde bene dixit de
eis dauid. In circuitu impij ābulāt sicut be
stie molēdini oculis velamine coopertis q̄
nihil aliud inueniunt desero qñ cessant ābu
lare in profectu vie quā quādo inceperūt pa
tet ergo falsitas istius expositiōnis q̄ grecia
sit terra hus et constantinopolis filia edom
sed fm veritatē vt dictū est filia edō et regnū
ydumee ab eodē denominatū et hus est ci-
uitas in eodē regno quod regnū dicit̄ habi
tare in terra hus q2 illa terra est famosa in re
gno illo cuius metropolis siue caput erat re
blata. s. antiochia. Sed dicet hic forte iude⁹
exquo filia edom est regnū ydumee et tu xpi
ane dicis q̄ ista pphetia est completa quan
do ergo fuit completa inebriata et nudata.
Responsio q̄ illa prophetia ipleta fuit tem
pore regis hircani qui fuit potentior rex ma
chabeorū q2 tūc fuit destructa tota terra ydu
mei et edu xit. xxx. milia illorum quasi capti
uos qui custodierent muros hierusalem. et
dicit Iosephus q̄ in illa die facta fuit ma-
gna leticia. q2. s. fuit destructa et punita tota
terra ydumei. Et dicit hic rabi vsua filius le
ui glosando super hoc passu q̄ illa die fuit
facta maior leticia in tēplo q̄ vnq̄ fuerit fa-
cta. Dicendo q̄ hethseau terra sua et omnes
alie terre ydumee que nō fuerant subiugate
subiectioni tempore Iosue nec aliorum iu-
dicū nec in tempore regū israel et iude fue-
runt victi et captiuati tempore huius regis
hirchani et dicit q̄ in illa die completa fuit
pphetia abdie pphete vbi dicitur ascendēt
saluatores in montem syon iudicare montē
esau et erit domino regnum. Et dicit etiam
Iosephus q̄ illi de edom filij esau conuersi
sunt ad iudaismū tempore predicti regis hir
chani et fuerunt circūcisi et non recesserūt ab
eis tempore tyti et vespasiani. sed q̄ semper
manserunt iudei deinceps. Et ideo fuit re-
memoratū peccatum iudeorum filiorū esau
et ceciderunt in captiuitatem quando fuit c̄
pleta iniquitas filiorum iuda qui permanse
runt iusti in aduentu messie ihesu nazareni
fm q̄ pphetauit Ieremias vbi supra dicēs
completa est iniquitas tua filia syon nō ad-
det vltra vt transmigret te visitabit iniquita
tem tuam filia edom et non inuenitur gens

malicie que fit in ira dei tanto tempore fm ꝙ dictū fuit de edom nisi iudei ꝑpter quos fuit dictum ꝙ semper deberent esse in ira di Et ideo coniunxit deus has duas gentes .s. edom conuersorum et iudeorum qui debe/ bant perdi et semper esse in ira dei sicut dixit Iere. in .c. vi. Cadent inter corruentes tēpor visitationis sue corruent dicit dominus . et fuit perdita memoria nominis edom et mā sit memoria nominis iudeorum quia illi de edom conuersi fuerunt ad legem iudeorum Et quia inuenimus edom bis punitum eē primo in tempore nabuchodonosor ante ꝓ phetiam malachie. Secundo post prophetiam malachie tempore regis hircani. De prima fuit dictū Malachie primo. ꝙ si dixerit ydumea destructi sumus .sed reuertētes edificabimus que sunt destructa. hec dicit do / minus exercituū isti edificabunt et ego de/ struam quia dixit destructi sumus sicut si eēt iam preterita illa punitio quā primo habuerunt tempore nabuchodonosor secūdum ꝙ dicit etiā .c. eodē. Esau autē odio habui et posui seyr montes eius in solitudinē et pro/ pter eum etiam dixit in prophetia abdie le / gatum ad gentes misit surgite et consurga / mus aduersus eū in prelium. quod dixit de futuro ꝑpter secūdam punitionē quam de/ bebant habere tempore hircani regis et pro pter ipsum dixit in ꝓphetia abdie. et erit do minus iacob ignis et domus Joseph flam ma et domus esau stipula et succendentur in eis et deuorabunt eos. propter quod intelligitur ꝙ non debebant illi de edō habere de structionē terciam quia in secunda debebāt esse in ira dei imperpetuum cum alijs iude/ is consocijs eorū qui simul permanserūt tē/ pore tyti. Et dato ꝙ adhuc regnū romano/ rum eēt de numero illorum quatuor regno/ rum de quibus dicitur in libro danielis vt ī argumento fuit dictum et ꝙ romani essent regnum edom quia regnauit super ipsos romanos homo qui fuit de terra edom non sequitur ꝙ ex hoc per vim habet dicā ꝙ quia adhuc illud regnum est stabile sicut cogitant iudei ꝙ propterea adhuc debet venire rex messias quia non fuit intentio prophetarū in destructione regni babylonie que fuit dicta in prophetia danielis et in prophetia Jeremie ꝙ post septuaginta annos captiuita/ tis iuda nunꝗ āplius eēt homo qui regna/ ret super regnum caldym et super ciuitatem babylonie et terram circa iacentē. quia ille ciuitates et terre sue in suis locis permanserūt et si alique ville illarum fuerunt destructe ñ tamen omnes fuerunt deserte. et adhuc ille que fuerunt deserte pro maiori parte omēs fuerunt populate. Sed intentō prophetarū fuit ꝙ non esset vltra super caldyn et sup babylonem nec super suam terram aliquis rex qui esset de genere nabuchodonosor nec de gente sua. Item in tempore futuro regni medie erat intentio prophete ꝙ non esset vltra rex qui esset de genere darij nec de gente sua Item in tempore quo fuit postea regnū ꝑsie erat intentio prophete ꝙ non esset amplius rex de genere tyri. nec de gente sua. Item in tempore in quo habebat esse regnum Janē id est grecie erat intentio prophete ꝙ nō eēt vltra rex de genere alexandri nec de gēte sua et similimodo tempore quo in futurum de/ beret esse regnum romanorum fm ꝙ ipi di/ cunt deberet eē intentio prophete ꝙ non haberet ibi āplius eē rex de genere Julij cesa/ ris primi. et Hay et Tyti. nec aliorū qui crediderunt in eorum fidem. Ex quo ergo reges romanorum non credunt modo in fide Julij cesaris Hay nec Tyti quia ipsi seruiebāt ydolis. et etiam quia Cōstantinus cesar dimisit regnum romanorum seruis ihū naza/ reni et apostolicus qui est dominus Rome non fuit vocatus deinde cesar nec venit d̄ genere cesaris. oportet necessario dicere ꝙ iam transierunt omnia illa regna dicta in libro danielis excepto regno ihesu nazareni veri messie quod firmissime durat et habet durare sine fine. Et ideo oportet dicere necessario ꝙ iam venit rex messias qui venturus erat tempore illorum regum. et ꝙ iam receperūt iusti transmigrationem et tribulationē qua debebant recipere quando finita essent illa quatuor regna secundum ꝙ dicitur danielis. xi. populus autem sciens deum suum obti/ nebit. et faciet et docti in populo docebunt plurimos. et ruent in gladio et in flama et ī captiuitate et in rapina dierum. Sequitur et de eruditis ruent vt conflentur et eligantur et dealbentur vsqꝫ ad tempus prefinitum receperunt etiam mali et peccatores de israel finem captiuitatis perpetue sicut dicitur Da/ nielis. vij. vsqꝫ ad consummationem et finē. durabit desolatio et iterum capi. eodem. an

tiuitatem et sanctuarium dissipabit popul⁹ cum duce venturo et finis eius vastitas. et p⁹ finem belli statuta desolatio. et hoc est q̄ de bebat esse in aduentu messie. scilicet q̄ finem acciperet peccatum et deleretur iniquitas et adduceretur iusticia sempiterna et sic vngeretur sanctus sanctorum vt patet in capitulo eodem clarissime. ergo patet sicut sol lucet ex omnibus istis predictis falsam esse expositionem iudeorum in prophetia. Jere. supradicta. et in prophetia abdie. quibus se fundant multum iudei expectantes destructionem imperij romanorum et tunc aduentum messie et quomodo etiam falsum est q̄ christiani descendunt de edom. sed q̄ ipsimet iudei sunt illi de edom qui fuerunt conuersi et ipsi qui mali sunt et peccatores simul cum eis receperunt punitionem perpetuam in qua nūc sūt et erunt vsq̄ ad finem. et q̄ christiani sunt filij syon et boni iudei qui conuersi sunt ad christum in quibus completa fuit iniquitas id est in quibus iam cessauit peccatum et captiuitas et imperpetuum erūt liberi sicut patet in predicta prophetia. Jere. quia illis de edom conuersis et alijs iudeis negantibus christum dicit propheta. ad te quoq̄ perueniet calix. i. pena diuine vltionis inebriaberis. i. ad plenam punieris atq̄ nudaberis. s. honore et alijs bonis sicut manifeste factum est per tytum romanorum principem. Sed et de bonis iudeis qui receperunt ihesum christum verum messiam qui dicuntur filij syon. Dicitur ī textu. completa est iniquitas tua filia syon. scilicet in aduētu christi quia amplius populus ille syon credens in xp̄m non fuit subiectus alicui captiuitati loquendo de totalitate populi sicut ter iam factum est de populo iudeorum. ¶ Ideo dicit non addit vltra vt transmigret te. scilicet a libertate in seruitutem. Sequitur de malis iudeis filijs edom. Visitabit iniquitatem tuam filia edom eam. scilicet iuste puniendo discooperuit peccata. scilicet penam manifestam. omnibus inferendo quia publica est eorum captiuitas et seruitus in toto mundo vbiq̄ sunt iudei siue inter christianos siue inter sarracenos sunt captiui et in abbominationem habiti. ¶ Patet ergo solutio ad argumentum iudeorum que aliquantulum dilatata fuit propter magnam vim quam faciūt iudei in eodem:

¶ Contendit iudeus probare q̄ ihesus nō est verus messias quia christiani affirmant ipsum esse deum.

Vicesimumsecundum argumentū iudeorum est ad probandum christum non esse deum sicut christiani affirmāt ¶ Arguunt autem sic scriptum est Exodo. xx. non assumes nomen dei tui in vanum. In vanum nomen dei assumit qui hominū nomini cultum diuinitatis attribuit. Nam vanitas est omnis homo qui hominem deum credit et deum appellat homini nouum cultumq̄ diuinitatis ascribit. Item in psal. scriptum est non erit in te deus recedens neq̄ adorabis deum alienum. ¶ Item in lege scriptum est q̄ qui fecerit se deum occidatur. nullus ergo homo est deus. Mirum ergo est quomodo christiani ausi sunt ihesum nazarenum nominare deum etiam concesso q̄ esset messias cum sacra scriptura sit in oppositum vt dictum vel si dicant q̄ messias debet esse deus. ostendant christiani. ¶ Unde in sacra scriptura talis assertio potest notari licet tamen in primo libro sit sufficienter declaratum quadruplici examine q̄ ihesus christus est verus filius dei et consequenter verus deus quia tamen iudei petunt auctoritates sacre scripture. Ideo in presenti duo sunt fienda. Primo soluetur argumentum Et secundo assignabuntur auctoritates expresse ad propositum ostendendum. De primo ergo dicitur q̄ nomen dei assumeretur ī vanum si alicui puro homini attribueretur. sed si attribuitur alicui qui non sit purus homo sed verus homo et cum hoc etiam sit verus deus tunc non assumitur in vanum. talis est ihesus dominus noster qui non tantum homo sed etiam verus deus affirmatur: et sic deus et homo vnus est christus. nec ē recens vel recenter deus qui eternus est et ab eterno deus. nec ipse se facit deum quia substantialiter est deus. Ille enim facit se deum qui fingit se esse deum cum non sit. nec est deus alienus quia vere est deus. dij vero gen

stium alieni dij dicuntur quia nuncupantur dij. Circa secundum. tollant iudei velamen de cordibus suis. legant sacras scripturas quas et non alias pro presenti allegare intẽdo que communiter non solum secundũ catholicos doctores sed etiam fm antiquos hebreorum rabinos de messia exponuntur. Et primo quidem abrahaam pater fidei nostre adducitur in medium. qui accepta promissione ꝙ in semine suo benedicerentur omnes gentes. intelligens ex hoc deum nasciturum secundum carnem humanam ex genere suo cum esset senex et dierum multorum vocauit ad se seruum seniorem dom⁹ sue Gen. xxiiij. et dixit ei Pone manum tuam subter femur meum. vt adiurem te per deum celi et terre vt non accipias vxorem filio meo de filiabus. etc. ¶ Cum enim sit consuetudo apud colentes deum ꝙ iurans per deuꝫ prestat manum suam super aliquid habens specialem relationem ad ipsum propter qđ Exo. xxij. dicitur ꝙ quando aliquis iurabit applicabitur ad eos nullomodo pater abrahaam fecisset manum serui sui poni subter proprium femur quando iurabat per deum celi nisi specialiorem relationem haberet femur suum ad deum ꝙ̄ alia membra corporis sui ꝙ quidem verum est inquantum illa pars specialius ordinatur ad actum generationis per quem ꝙ̄tum ad matrem de genere abrahe nasciturus erat xp̄s. Secũdo põt adduci illud. Isa. ix. paruulus natus est nobis etc. Sequitur et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi. priceps pacis. paruulus dixit quia verus homo. admirabilis etc. quia verus deus. Hec enim nomina omnia non videntur alicui posse competere nisi sit deus. Tercio põt adduci illud Isa. xxv. Et dicet ĩ illa die. ecce deus noster iste: expectabimus eum. et saluabit nos. Super quo dicit venerabilis petrus alfonsi in suo dyalogo ti. viij hunc certe versum aliter non curamus explanare ꝙ̄ doctores vestri illum dudum exposuere. per illum nanqꝫ docuerunt venturum fore tempus quo et mundus dominum esseꝫ visurus. et digito sibi adinuicem populus ostensurus hoc vero fieri nullatenus posset nisi hõ fieret qs et de⁹. hec ille. Quarto põt adduci illud Isa. li. posui verba mea in ore tuo. et in vmbra man⁹ mee protexi te. vt plãtes celos et fundes terram et dicas ad syon populus meus es tu siue plantatio celorum siue fundatio terre accipiatur spiritualiter siue ad litteram. certum est ꝙ talia nõ possũt verificari nisi de illo qui est deus. christi eni humanitas premittitur cum dicitur. posui verba mea in ore tuo. ita ei dixerat domin⁹ moysi vt habetur Deutro. xviij. prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum similem tui et ponam verba mea in ore eius qui verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existam. Istud autem non potest intelligi de Iosue nec de aliquo qui fuerit sub lege mosayca quia vltimo capitulo eiusdem libri dicitur. Non surrexit vltra propheta in israhel sicut moyses. sed verificatur de christo qui fuit sibi similis iquãtum dedit legem sicut patuit supra libro. i. in apparitione tercij thesauri: sed postea tangitur eius diuinitas cum addit vt plantes celos et fundes terram etc. Ita enim promiserat se personaliter venturum Eze. xxxiiij. Ecce ego visitabo oues meas sicut pastor visitat gregem suum. Differentia est inter dñm et pastorẽ. tunc enim domin⁹ ouiũ ẽ pastor earũ qñ immediate non per alios sed per se pascit eas. In veteri testamẽto deus erat solum dominus et mittebat pastores suos ad pascendũ oues qui dicebant hec dicit dominus sed visitans sicut pastor gregem suum nobiscũ est dominus Isa. lij. Ecce ego qui loquebar in veteri. s. testamento: assum ĩ nouo. Quito adducitur alia auctoritas Isaie in ca. xl. que non minus confirmat ꝓpositũ Reuelabitur gl'a dñi et videbit oĩs caro pariter qđ os dñi locutũ est. põt quippe vox rei sp̄ualis audiri sicut filij israel vocẽ domini audierunt in monte synai. loquentẽ vero nõ videbit nisi fuerit res carnalis. Sexto itroducit auctoritas baruth in tercio. c. vbi inquirẽs in toto ca. q̄ sit vera sapiẽtia et q̄ adinuenit eã subdit. hic est de⁹ noster et nõ estimabitur ali⁹ ante illũ hic adiuenit oẽm viã disciplinẽ et tradidit eã Jacob puero suo et israel dilecto suo et post hoc in terris visus est et cum hominibus conuersatus est. Certuꝫ est ꝙ deus fm diuinitatem videri nõ potest quia dicitur. Exo. xxxiij. no nvidebit me homo et viuet. nõ poteris videre faciẽ meaꝫ

nec etiam conuersatur cum hominibus iquan-tum est deus vt dicatur Dan. ij. immo con-uersatio proprie est inter illa que sunt eius-dem speciei. Et ideo ista verificatur de deo secundum naturam assumptam. Septimo hanc duplicem naturam ostendit Micheas in. c. v. di-cens. et tu bethleem effrata paruulus es in mi-libus iuda ex te enim egredietur qui sit domi-nator in israel. et egressus eius ab initio a die-bus eternitatis eius. Nam egressus xpi secundum humanitatem debebat fieri in bethleem. sed egres-sus a diebus eternitatis non potuit esse nisi se-cundum diuinitatem de quo egressu dicitur Isa. liij. generationem eius quis enarrabit. Sup-predicto etiam verbo petrus alfonsi in suo dy-alogo ti. viij. pulchre loquitur dicens. Hoc quippe quod est ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel secundum corpus dictum est. secundum quod princeps ille aduenturus erat in tempore. Quod autem sequitur et egressus eius ab initio a di-ebus eternitatis perpetuitatem insinuat deita-tis. hoc enim diuinitati attribuit quod homi-ni puro non conuenit. hec ille. Ista secundum predestina-tionem non possunt esse dicta. tum quia significa-tum vocabulorum hoc non patitur: tum quia nimis in-scienter loquerentur prophete ita studiose ad laudandum messiam per ea que non magis com-petunt sibi quam lapidi. Octauo dauid in ps. xl-iiij. dicit. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusti-ciam et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Cum hoc inquam dicit. cum ad quem loquitur deum esse et hominem ostendit: dicens enim. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni etc. numquid non manifeste eum appellet deum. Deinde cum dicit. Dilexisti iusticiam et odi-sti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ad hominem eum loqui papimus neque enim vel deum. vel consor-tem habet deus. Item dauid in ps. Deus iu-dicium tuum regi da. qui ad literam etiam per doc-tores hebreos exponitur de xpo in lege pro-misso dicit et permanebit cum sole et ante lunam in generatione et generationem. et sit nomen eius benedictum in secula ante solem permanet nomen eius. Et illud et adorabunt eum omnes reges omnes gentes seruient ei. Videamus inquam si de puero homine dicta sunt hec omnia. et patet manifeste quod nullomodo conueniunt nisi soli deo: ergo sequitur quod xpm confiteri debemus esse homi-nem et deum. Quod etiam dauid spiritu reuelante cognouit et miracula que facturus erat pui-dit. Ideo huiusmodi finem psalmista fecit psal-mum. Benedictus dominus deus israel qui facit mira-bilia solus. et benedictum nomen maiestatis eius in eternum. et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat. vidisti ergo iudee quam clare ex sa-cris scripturis patet quod messias in lege et pro-phetis promissus verus deus et verus homo esse debeat quare merito ihesus nazarenus quem verum messiam supra ostendimus verum deum et verum hominem confitemur. et vt amplius perfi-dia iudaica confundatur tribus rationibus ostendam sicut deducit magister Bernardus oliuerij in suo tractatu contra cecitatem iudeo-rum. c. viij. Quarum prima talis est. Ille homo vere erat deus cuius pena temporalis suffi-cienter satisfecit pro peccatis totius populi. Sed mors xpi plene deleuit omnia peccata: ergo xpus vere est deus. Maior patet. quia ad sufficientem satisfactionem pertinet quod pena re-spondeat culpe. culpa autem que est peccatum mortale est infinita eo quod committitur contra deum infinitum. Videmus enim eundem actum esse culpabiliorem et grauiorem contra insigniorem et maiorem personam commissum quam contra igno-biliorem vel inferiorem. Si ergo ad augmen-tum obiecti sequitur augmentum culpe. cum deus excedat omnem personam in infinitum culpa commissa directe contra eum qualis est quodcunque peccatum mortale in quo forma-liter est auersio a deo dicenda est infinita. ergo pena pro tali culpa debet esse infinita. sed nulla pena que non durat in infinitum potest esse infinita nisi sit in supposito infi-nito vt sic finiretur pena ex subiecto sicut cul-pa ex obiecto. ¶ Pena igitur temporalis suf-ficienter satisfaciens pro quocunque peccato mortali necessario est in supposito infinito. sed suppositum infinitum est nullum nisi di-uinum: ergo vera est prima propositio quod cu-ius pena temporalis sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis vere est deus. Sed minor patet ysa. per totum. liij. capitulum vbi dici-tur. vere languores nostros ipse tulit. et do-lores nostros ipse portauit et nos reputaui-mus ipsum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup-er eum et liuore eius sanati sumus. omnes nos quasi oues

errauim⁹ vnusquisq; in viā suā declinauit et dominus posuit in eo iniquitates oim nostrū etc. de quibus fuit plene dictū supra in apparitiōe thesauri. Sed in circuitu ipij ambulātes falsas conātur dare rñsiones et finaliter neminē inueniētes i veteri testamēto q̄ mortuus sit p peccatis populi sic q tota ,pphetia posset de illo exponi. Dicūt q quando iudaicus popul⁹ad pfectū statū reducēdi abat. tūc cetere nationes loquētes ex cōpassione et quasi cōparatiue dicent. nos reputauimus eū. s. istū populū leprosum et pcussū a deo etc. que sequūt. sed mentita est iniquitas sibi. multa eni dicūt in dicto ca. que de nullo alio a xpo intelligi possunt. Ait enim de⁹. ,ppter scel⁹populi mei pcussi eū. Si ergo iste percutief ,ppter peccata populi dei. illi q̄ dicturi sunt languores vros portaui erūt de populo dei. ergo nō ē vera expositio q alie gentes dicāt de populo dei pdicta verba. itē dicit ibidē oblat⁹ē q2 ipse voluit. Itē peccatum non fecit. nec est inuent⁹dol⁹in ore eius Itē in eodē. c. tradidit in mortē animā suaz et cū sceleratis reputat⁹ē et ipse peccata multorū tulit et p transgressorib⁹orauit que oia nullo mō de populo iudaico verificari possunt nec de aliquo alio. cū ,pphēta eius diuinitatē innuat dicēs generationē ei⁹quis enarrabit et q volūtas domini in manu eius dirigit. Itē zacharias ,ppheta in. c. ix. pmittēs ecce rex tuus veniet tibi iust⁹et saluator qui loquef pacē gētib⁹et ptās eius a mari vsq; ad mare et a fluminib⁹vsq; ad fines terre sbdit. Tu aūt in sanguie testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Itē in. xij. c. aspiciēt ad me quē confixerunt Itē in. xiij. c. et dicetur ei quid sūt plage iste i medio manuū tuarū et dicet. his plagatus sum in domo eorū q̄ diligebāt me totā istaz orationem tangit in virtute Isaias in. xxviij ca. vbi prio ponit culpā dicēs. pcussimus fedus cū morte et cū inferno fecim⁹pactū. posuim⁹mēdaciū spē nostrā. mēdatio ptecti sumus. et cōsequēter subdit remediū inquiens. idcirco hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto in fundamento syon lapidē. lapidem pbatū angularē. pciosū et delebit fed⁹vrm cū morte et pactū vestrū cū iferno nō stabit Secūda ratio pōt sumi ex dictis Josephi q̄ fuit iudeus et verus historiographus dicentis q iherusalem fuit destructa q2 iniuste ei⁹ habitatores interfecerunt xpm et beatum iacobum. Ex quo sic pōt argui. iudei nō errassent occidendo xpm et beatū iacobū nec per consequens fuissent puniti nisi xps vere fuisset deus. sed isti peccauerunt occidendo istos ergo xps vere erat deus. maior patet q2 iudei interfecerūt christum quia dicebat se esse deum et certe si non fuisset verū sm legē debebat mori. Judei ergo interficiendo xpm si nō fuisset deus q2 fecissent sm legem non peccassent occidendo ipsum et beatum Jacobū sed potius meruissent. et eadem ratio est de beato Jacobo qui ideo interfectus fuit q̄a asserebat christum esse deum. Sed si non dixisset verum iuste interfectus fuisset. ergo vera est maior propositio. q si christus non fuisset deus iudei non peccassent occidendo ipsum et beatum Jacobum. Sed minor patet per dictum Josephum asserentem iudeos deuenisse in istam vltimam captiuitatez quia iniuste interfecerunt hos duos predictos. Ex quo etiam tercia ratio potest induci que talis est. Interficere puram creaturam iniuste non est ita magnum peccatuz sicut ydolatrare. sed interficere christum fuit maius peccatum q̄ ydolatrare. ergo christ⁹ non erat pura creatura et sic oportebat q esset deus. maior est manifesta quia magis peccatum est facere contra preceptum prime tabule q̄ contra quodcunq; de tabula secūda. Sed ydolatrare est contra primum preceptum prime tabule peccare. homicidium vero est contra secundum preceptum secunde tabule ergo mai⁹ peccatuz ē ydolatria q̄ homicidium. Minor probatur quia licet interdum iure humano grauius puniatur minus peccatum. in lege tamen diuina pro mensura peccati est plagarum modus vt dicitur Deutro. xxv. capi. Cum ergo iudei per peccatum commissum contra christum incurrerint maiorem penam in vltima captiuitate que iam durauit mille. cccdx. annis. q̄ fuerit aliqua pena eis vn q̄ immissa propter peccatum ydolatrie necessario oportet dicere maius peccatum fuisse interfectō christi q̄ adoratio ydoli. ergo christus erat deus et hoc patet satis rationabiliter si consideremus conditionem legis quam christus erat daturus. Videmus enim in oibus actib⁹ordinatis q ille q̄ ē superior artifex pricipalē et pfectiuū actū opaf p seipsuz

Ea vero que disponūt ad illā pfectōnē operatur per suos ministros sicut nauis factor cōpaginat p seipsum. se pparat illam nauē per artifices subministrantes. et iō cōueniēs fuit q lex pfecta noui testamēti daref p ipsum deū hominē factū. lex autē veros p dei ministros pper qd de latore legis noue dicif Job. xxxvi. ecce de' excelsus in fortitudine sua et nullus est ei similis in legislatoribus hec sufficiant contra pfidiā iudaica ad ostēdendum rōib' et auctoritatibus q xps ē verus deus et verus homo.

¶ Contendit iude' probare q lex euangelica non est a deo quia ponit trinitatem personarum.

Vicesimū terciū argumentū iudeorum ē cōtra trinitatē psonarum ex qua arguunt legē euāgelicā non eē a deo sic Illa lex non est a deo q tollit oimode vnitatē diuinā. qz deutro. vi. dicif. Audi israel dominus deus tuus vnus est. sed lex euangelica videtur hanc vnitatē auferre ponendo psonarū trinitatem ergo lex euangelica nō est a deo. Respondetur iudeo q trinitas psōarum nō derogat vnitati essentie diuine. nam et ipsi habent concedere deū esse in diuersis locis. qz ps. dicat. Si ascendero in celū tu illic es. si descendero ad infernū ades. quod nō pōt verificari fm diuersas ptes qz de' spūs est. et omni diuersitate et cōpositione ptiū caret nec pōt dici q deus sit i diuersis locis successiue qz ipse dicat malachie. iij. Ego dñs et non mutor ergo sicut simul et semel totus est in diuersis locis cū veritate sue vnitatis ita suo modo diuinitas exñs vno numero simł est tota in diuersis suppositis. nō ei est scriptura in mūdo q verius ponit vnū deū q faciat euāgeliū. Sed hec vnitas pper sui infinitatē et illimitationē cōpatitur secū personarū trinitatem. Ad innuēdum ergo q trinitas non tollit vnitatē essentie vbicunqz i veteri testamēto in hebreo iuenif heloym qd significat deū in plurali numero adiūgif act' singularis vt est illud. In pricipio creauit heloym celū et terrā. Dicūt iudei q hoc nomē heloym indifferēter accipif p singulari vel plurali. et qñ accipif p deo vero semp in singulari tenef sicut ibi. in principio creauit heloym ecce q si creauit stat in singulari. sed hoc patet manifeste falsum. Nam aliquando tenef manifeste p deo vero. et tñ cōiungif cū adiectiuo pluralis numeri et aliqñ etiā cum verbo plalis numeri qd non eēt si teneretur pro singulari. Exemplū primi Josue vltio nō poteritis seruire domino de' eni sanctus est etc. hebraica veritas habet non poteritis seruire domino qz heloym sancti ipse. Ista auctoritas loquitur de deo vero qz Josue loquebatur populo de seruitute veri dei vt pz litterā intuēti. Itē Jiere. xxiij. puertistis verba dei viuentis domini exercituū dei vestri hebraica veritas hic habet peruertistis verba heloym viuentum deū exercituū. Ista auctoritas manifeste loquif de deo vero ¶ Nam vbi nos habem' deū exercituū in fine auctoritatis pro hoc nomine domini in hebreo ponitur nomē dñi thetragramatō qd de solo vero deo pōt dici vt declarat rabi salomō i libro de directōe pplexorū et tñ in istis auctoritatib' hoc nomē heloym cōiungif cū adiectis pluralis numeri vt ptz exēplū scdi, scz de verbo plalis numeri. ij. Reg. vij. que est gēs vt ppls israel in terrā ppter quā vēit deus vt redimeret sibi in populū. hebraica littera sic habet. que autē vt populus tu' gēs vna i terra ppter quā iuerūt heloym ad redimēdū sibi. ptz ergo q li heloym stat in predictis auctoritatibus p deo vero et in plali quare cū sit ibi ipossibile pluralitatē ponere deorum necessario est ibi ponere pluralitatē personarū siue suppositorum quia actiones tales sunt suppositorum scdo de anima.

Patet igitur ex modo loquendi hebraico q in diuinis est pluralitas suppositorū et vnitas essentie q moyses et alij prophete dederunt studiosis in lege per talem modum loquendi. Quomodo autem iste actus dicatur ab essentia formaliter que vna est simpliciter licet persone sunt distincte et quedam magis subtiliora et magis ad propositum hic adduci possent. Sed quomodo dicit magister Bernardus oliuerij in suo tractatu cōtra cecitatem iudeorum. vi. c. Non videtur tutum dare occasionem cuiqz loquendi subtiliter cum infidelibus de materia ista. ¶ Videant ergo catholici studiosi doctores super primum sententiarum vbi de ista materia multa subtilissima tradunt que velut margarite non sunt seminande inter porcos. id est infideles. Sed tamen induco contra

iudeorũ cecitatem ĩ ista materia testes famosos. Et primo sepe nominatũ peritũ doctorem petrũ alfonsi cõuersũ ĩ suo dyalogo ti. vi. respondentis sub nomine petri moysi interroganti sic ꝑpende o moyses ꝙ secretũ sit nomẽ istud et ineffabile et ꝙ non nisi perspicaci mentis intuitu et ꝓfunda valet agnosci in dagatione testãte moyse quĩ ait ĩ deutro: scito hodie et cogita tu in corde tuo ꝙ dominꝰ ipse est deus in celo sursum et in terra deorsum et non sit aliuſ. vbi enim in latino ponitur dominus in hebreo et quidem predictũ nomẽ inuenies vbi vero deꝰ in latino ĩ hebraico scribitur heloym quod pluralitatez significat vt inde patesceret eũdẽ esse deũ qui et singulari proprio et plurali appellatiuo nũcupatur vocabulo. Sed et ne plures deos forte putaret adiunxit et non sit alius. ꝙ vero moyses dixit scito et cogita tu in corde tuo reuera insinuat ꝙ nõis huius archana subtilitas neqꝫ visu neqꝫ auditu neqꝫ de corporeis sensibus aliquo nisi tm̃ mentis itellectu ꝑspicuo et miro ꝑpẽdi possit ĩgenio. Potest etiã in multis alijs trinitas denotari sicut ĩ fimbrijs quas dominus filijs israel in vestimentis suis per moysen habere p̃cepit dicens loquere filijs israel et dices ad eos vt faciant sibi fimbrias in angulis palliorum ponentes in eis vittas iacinctinas quas cum viderint recordentur omniũ mandatorum domini. Fimbrie quippe ille quatuor erant filorum sed duplicatorum in superiori siquidẽ sui parte tres nodos habentes in inferiori vero duos. Sed per filia quatuor. quatuor anni partes designantur. Per filiorũ vero duplicatã dies et nox videlicꝫ vt quatuor ãni tꝑibꝰ. i. toto ãno noctẽ quoqꝫ et diẽ dei mãdatorũ memores eẽnt. Naꝫ ꝑ tres nodos trinitas ꝑsonarũ. s. superiores Per duos aũt iferiores duo ĩsinuãt testamẽta. s. lex moysi et euãgeliũ. Notat quoqꝫ trinitas in tribus benedictionibus. qbꝰ aaron et filij eius bñdicebãt filijs israel ex p̃cepto dñi dicẽtis ad moysen. loquere ad aarõ et filijs eiꝰ sic bñdicetis filijs israel et dicetis eis Bñdicat tibi dñs et custodiat te. ostẽdat dñs faciẽ suã tibi et misereat̃ tui. Cõuertat dñs vultũ suũ ad te. et det tibi pacẽ. his q̃ppe bñdictionibꝰ sacerdos aliaui benedicẽs ꝓtēsas ante vultũ suũ palmas vtrasqꝫ tenebat. cum vero dicebat dñs quẽ hebraice illo quod supra dixĩmꝰ trino et vno nomine exprimebat tres digitos priores pollicẽ videlicet iudicẽ atqꝫ mediũ manꝰ vtriusqꝫ rectos altiꝰ erigebat. et dicto ita dño digitos vt prius remittebat. sꝫ dic mihi o moyses quid triũ digitorum eleuatione melius ꝙ trinitatis excellẽtia poterit allegorizari ꝙ si quid aliud super his notare tunoris et valeas mihi q̃so edisseras moyses sane neqꝫ illud quod dixisti neqꝫ qcq̃ aliud sup hoc vnq̃ notauimꝰ. sꝫ nec doctores nostri quippiã notãdũ eẽ dixerũt Petrus: Quid etiã nisi trinitas ꝑsonarũ in eo qͦd dicat Isaias ꝓpheta notari põt trina videlꝫ ãgelorũ voce laudãtiũ et dicẽtiũ. sãctus sanctꝰ sanctꝰ dñs deꝰ sabaoth. Cur enĩz ter tm̃ sanctꝰ dicũt magisq̃ semel vel bis decies vel centies vel alio aliquo numero. aliquo cur si breuiter laudare vellent semel sãctus nõ dicerẽt. si vero multũ cur nõ cẽtenã vel millenã vel innumerã laudẽ exhiberent Moyses. nos quidem in angelorum laude causam nullã vocis illius trine nisi placitũ simꝰ ipsorũ. Petrꝰ si ad singula q̃ ꝓposuero nescius responderis. quid aliud ꝙ te victũ et cõtra ire nescientem fateberis testat̃ sane et dauid ꝑsonarũ trinitatẽ cũ dicat. Querite dominũ et virtutẽ eius querite faciẽ eius semper. Quid est ei ꝙ dixit querite dominum et virtutẽ eius et querite faciẽ eius nisi querito patrem et filium et spiritumsanctum. Quid nanqꝫ per virtutem eius nisi filius eius. Quid vero per faciẽ eiꝰ nisi spũssanctus itelligitur ꝙ si tu alias intelligas edissere. Nec itaqꝫ sanctarum testimonia scripturarum de trinitate personarum satis intelligentibꝰ sufficere possunt. hec predictus doctor. Sed non transeat calamus auctoritatem. Isaie in capi. xlviij. que multum facit ad propositũ vbi ipsemet deus dicit. ex tempore ante ꝙ fierent ibi eram et nunc misit me deus et spiritus eius. ꝙ illa autem sint verba dei loquentis patet per litteram precedentem. cuꝫ dicitur manus quoqꝫ mea fundauit terram et dextera mea mensa est celos et sub eodem contextu idem loquens ait et nunc misit dominus me et spiritus eius. Similiter patet per litteram sequentem immediate cum dicatur hec dicit dominus redemptor tuus sãctus israhel. In auctoritate vero precussa

exprimit deus missus a deo et spū eius Inter mittentem vero et missum semper est distinctio personalis. et sic ista scriptura impleta fuit in icarnatione filij dei. qui ē deus miss⁹ in mundum a deo patre et spiritu eius ¶ Secundo adducantur antiqui doctores hebreorum qui de hac materia licet obscure aliqd senserūt inter quos aliqui allegabuntur qui magis visi sunt appropinquare veritati. Et primo occurrit illud quod super illud. ps. Deus dominus locutus est et vocauit terram. ibi glo: que dicitur mydrastulim. s. glosa psalterij sic queritur. Que est ratio quare psalmista nomē dei sancti et benedicti trib⁹ vicibus cōmemorauit dicens. Deus dominus locutus est ꝛc. Ad quod respondēt ibi sic hoc est vt doceret te ꝙ cū istis tribus nominib⁹ creauit deus seculū suū. iuxta tres midoth. i. proprietates quibus creatus est mūdus et ista sunt sapientia. scia. et prudentia: sicut dictū est in ꝓuerbijs. c. iij. Dominus ī sapientia fundauit terrā ordinauit celos in prudentia in scientia sua abyssi erupuerunt. et isto modo dicitur in exodo. c. xxx. quoniā ego sū domin⁹ de⁹ tuus de⁹ zelator. ecce tria nomina iuxta tres midoth quibus creat⁹ est mūd⁹. Similiter filij gad et filij rubē dicebant in libro iosue. deus deus dominus ipse scit. vbi nominauerūt deū trib⁹ vicib⁹ hec in predicta gl. Et idē habetur in beresith raba. i. in glosa magna super Ben. sup illo verbo. In principio creauit deus celū et terram In quibus habetur ꝙ doctores antiq hebreorū per trinā iterationē diuini nominis que sepe fit in scripturis exponunt ꝙ est intelligēda in diuīs trinitas ꝺm tres mydoth sc ꝓprietates quas deo attribuūt. Itē in eadē glosa magna que dicitur beresith raba. c. dxij. sic dicitur rabi beliazar dicit nō est creatus mūd⁹ nisi ꝑ verbū vel cū verbo dei sancti et benedicti sicut dicit in. ps. verbo dñi celi firmati sunt. Et sequitur ibidē rabi symeō dicit inspirauit vel insufflauit deus spiritum suum et creatus est mūd⁹ sicut dicit in psal. spiritu oris eius omnis exercitus eorū. hec in predicta glosa in qua manifeste ponit distinctio realis in creatore mundi q est deus. Manifestū ē eni ꝙ verbū distinguitur realiter a proferente et spirit⁹ ab inspirante. et tamē hi tres vnum sunt de quib⁹ statī ꝓpheta subdit. Congregās sicut in vtre aquas maris lo quēdo in singulari. Item in glosa hebraica super illud Eccs. iiij. funiculꝰ triplex difficile rūpitur. vbi sic dicitur sensus eēt videretur mysterium throni dei et vnius non facile discutitur. Sed hanc glosam moderni iudei ꝑuertūt retorquentes hanc trinitatem ad tria tributa diuina. que sunt potentia. sapientia bonitas. Sed ñ videtur hec esse sententia glose ꝑ hoc ꝙ dicitur nō de facili discutitur. q a quilibet etiam satis simplex scit deū eē potē tē sapientem et bonum. Itē sicut de⁹ operat per suam potentiā sapientiā et bonitatē. sic artifex creatus operat ꝑ artem suam sicut ꝑ regulam directiuam et per potentiam suam quem trāsmutat manet ad formam scamni vel lecti vel huiusmodi et per appetitū bonitatis lucri et ista tria multo plus differunt in eo ꝙ potentia et sapientia et bonitas in deo et ideo si propter ista tria dicit deus trin⁹ et vnus in glo. predicta. multo fortius diceret quilibet artifex trinus et vnus quod non est verū. et iungeretur singulare cū verbo pluralis numeri dicendo hyram fecerunt templū salomonis sicut de deo dicitur Eccs. ij. qs est homo vt sequi possit regē factorem suum hebraica veritas sic habet. Quis est homo vt intret post regem qui fecerunt eum. et sic d deo dicitur ꝙ est rex qui fecerunt hominem Item etiam patet per sapientes cabala qui dicunt esse deum sine aliqua corporali quātitate et cum tribus istorum deus mundum creauit. que vocantur corona intelligentia et regnum. et non est differentia inter istos et christianos nisi in vocabulis quoniam si ipsi intelligerent legem christi prout ipsam cognoscunt christiani. Videretur nullam esse inter eas differentiam realem sed tantummodo vocalem et non est mirum si doctores aliqui hebreorum inter gentes aliquid de mysterio trinitatis non sunt conuersi ad fidem christi. quia possibile est ꝙ deus eis gratiaꝫ non inspirauit propter eorum peccata qui dispositionem primam nullatenus optauerūt ¶ Et propter multa alia temporalia quib⁹ erant inuoluti que viam salutis impediunt. Sic et moderni iudei non minus obnubilati et inuoluti non recte sed ex obliquo incedentes predictam veritatem questionibus varijs et euasionibus confusis inuoluunt ipsi sūt d qb⁹ dicit salomō Eccs. vij. de⁹ fecit hoīnē rectū et ipe imiscuit se ifinit qstionib⁹

Tercio accedunt naturales phi et videam⁹ quid de trinitate senserũt. Primus fuit adã magnus naturalis qui dixit fm iuuenalem et hyeronimum manus dei tres digiti fo⸗ mauerunt corpus meũ et extraxerunt costã per tres digitos tres personas intelligens et per manum dei vnitatem essentie. Secund⁹ phs fuit Abraã in lege nature qui tres ange los vidit sed vnum adorauit. Gen. xviij. tres vidit quia fide tres persõas credidit sed vnũ adorauit qr vnus deus adoratur sub ratio⸗ ne vnius maiestatis deitatis et essentie. Ter cius phus fuit plato qui in vij. libro plato⸗ nicorum dicit q sicut non est dare intelligẽ⸗ tiam creatã sine trinitate creata videlicet intel ligere posse velle sic nec intelligentiam incre atam sine trinitate increata que est posse intel ligere et velle. et iste plato vt ponit macrobi us super somnum scipionis et beatus augu stinus. x. libro de ciuitate dei. c. xix. et. vij. li. confessionum. c. ix. dicunt q istud. In princi pio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbũ hoc erat in principio apd deum omnia per ipsum facta sunt et sine ip⸗ so factũ est nihil. quod factũ est in ipso vita erat. Fuit inuentum in libris platonis et sic patet q cognouit pluralitatem personarum. Quartus phs fuit aristotiles qui vnitatẽ es sentie ostendens. viij. phisicorũ i fine dicit vnum motorem penitus immutabilẽ eter⸗ num et infinite virtutis et potentie super om nes celos residens et in. xij. methaphisice in fine dicit. Entia nolũt male disponi nec est bonũ pluralitas principatuũ vnus ergo pri ceps a quo dependet celũ et tota natura. Sz trinitatem in deo ostendens dicit in princi⸗ pio primi libri de celo et mundo. Res omes sunt tres et diuiduntur in tres hic quidẽ nu⸗ merus est omnis rei et significat trinitatem rerum ita q in omni re est inuenire trini⸗ tatem: et nõ solũ in creaturis sed etiam i cre⸗ atore. addit vltra. nos vero non extraximus hunc numerũ nisi a natura rerũ et retinuim⁹ ipsum similẽ legi earũ. et p hũc quidem nu⸗ merũ adhibuim⁹ nosipsos magnificare vnũ creatorẽ tm eminẽtem ꝓprietatibus eorũ q sunt creata. et non cognouit iste personas distincte tamen cognouit appropriata. Quitus phs fuit hermes termegist⁹ rex egy pti qui teste linconiense in libro interpretato no gtum gregarũ. c. xxxiij. sic ait de⁹ ẽ lumẽ ante lumen intelligibile et nihil aliud ẽ ei⁹ vno q spiritus omnia continẽs et verbum ipsius perfectũ existens et genitum. ergo ibi est vnio in essentia et lumen de⁹ pater est spi⸗ ritussanct⁹ omnia continens et verbũ patris id est filius omnino equalis. Et iterũ idem dicit monos gignit monadẽ et in se suũ re⸗ flectit ardorem. Ecce quid dicit loquens de deo: monos. i. vnus pater genuit monadẽ. id est vnũ filium et in seipsum. s. pater refle⸗ ctit ardorẽ. i. spmsanctum. Sextus phs fuit esculapius primus medicus qui in vno deo ponit sensum sermonem et virtutẽ vt patet in libro suo de interrogationibus. Septimus phs fuit porphirius qui teste Augustino libro. x. de ciui. dei. c. xxiij. predicat in diuis patrem et filium et bonum medium. Octau⁹ phs fuit plutarcus magister traiani impera toris qui habuit responsum q homines nõ poterant saluari sine patre et filio et spiritu⸗ sancto. Et ideo fecit laminam et posuit in se pulchro et inuenta est scriptura litteris aure⸗ is. p. capiti. f. ori. s. pectoris cordi. per. p. pa⸗ trem. per. f. filium. per. s. spmsanctum intelli⸗ gens. Si aliquis quereret cum isti fuerunt gentiles philosophi. et mysterium sancte tri⸗ nitatis sit indemonstrabile. et archanum quomodo habuerunt talem noticiam de tri nitate diuina. Respondet illuminatus doc⸗ tor franciscus de maronis in conflatu suo super primo sententiarum distinctione secũ⸗ da questione quarta dicens. q multa pro⸗ babilia et probabiliter enũciata dixerunt et propter nos multa per reuelationem habue runt. ¶ Quarto accedat vniuersitas artium liberalium et ostendat nobis si quid sentiat de mysterio trinitatis. ¶ Unde vna grãma tica est in essentia sed tres sunt persone de quibus tractat scilicet prima que de seipsa loquitur vt ego. secunda ad quam prima lo quitur vt tu. et tercia de qua fit sermo inter primam et secundam vt ille. ¶ Sic pater in diuinis loquitur de se et a se tanq prima per sona. filius vero est secunda persona ad quã loquitur pater psalmo secundo. ¶ Domi⸗ nus dixit ad me: filius meus es tu. sed spi⸗ ritussanctus est de quo fit sermo. Johannis xv. cum venerit paradytus quem ego mit⸗ tam vobis a patre. ¶ Loyca vero dicit q i vna ꝓpositione fm essentiã sunt tria distĩcta scz subiectũ. predicatum et copula: et in vno

syllogismo ſm eſſentiā eſt maior propoſitio
minor et concluſio que adinuicē diſtinguun
tur. et in syllogiſmo demonſtratiuo maior ē
per ſe nota. et ſic a nullo minor a maiore pul
lulat cum ſub ea accipiatur: et concluſio ab
vtroq; ſm mentē Ariſto. Rethorica dicit. i
vno dictamine vnius pagine ſm eſſentiam
ſunt tria diſtincta. ſ. perſona que loquitur. et
ſecunda ad quā loquitur. et ipſa littera me/
dia inter primam et ſecūdā. ¶ Geometria di
cit. in vno edificio ſiue corpore ſm eſſentiam
ſunt tria diſtincta. ſ. longitudo. latitudo et p
funditas. ¶ Muſica dicit. in cantu vno or/
ganico ſm eſſentiam ſunt tres diſtincte vo/
ces. ſ. tenor: quinta et octaua. ¶ Ariſmetica
dicit. vnus numerus par ſm eſſentiam diſti
guitur in pfectū. ſuperexcreſcentem. et excre/
ſcentē: vt patet his tribus numeriſ. ſ. xij. viij
vi. quorū vterq; eſt numerus par ſm eſſenti/
am. et ſic conueniunt. differunt tamen. qr p/
tes aliquote de. xij. que ſunt vnū et duo tres
et quatuor et ſex ſimul ſumpte reddent plus
q̄ ſuum totum quia reddunt. xvi. et ideo di
citur ſuperexcreſcens: Et ptes aliquote de oc
to: que ſunt. vnū duo quatuor reddūt min⁹
q̄ ſuū totū. qr ſolum reddunt ſeptem. et idō
dicitur numerus excreſcens. i. nō creſcens in
ſuum totum. Partes vero aliquote de ſex q̄
ſunt vnū duo et tres reddunt integre ſuū to/
tum quia faciūt ſex. nec plus nec minus: Et
ideo dicitur numerus perfect⁹: vt dicit Iſid.
iij. ethimologiarum. ca. vi. et vocatur pars
aliquota que aliquotiens ſumpta reddit ſu/
um totum. ¶ Aſtronomia dicit q; in vno ce
lo per eſſentiam eſt ortus. occaſus et motus
ſtellarum: vt notat predictus Iſidorus l. iij
ethimologiarum ponendo differentiam in/
ter aſtronomiā et aſtrologiā. quoniam pria
dicit quod dictū eſt. ſecūda vero vltra illud
dicit auguriationē in ſtellis. et ideo quo ad
hoc eſt ſuperſtitioſa ſcia. His additur natu/
ralis prophetia. que vna ſm eſſentiam pōit
tria rerū principia. ſ. materiā. formā et priua
tionem. nec expers erit methaphiſica a lau/
dibus trinitatis diuine. cum ipſa conſideret
ens in q̄tum ens quod eſt vnum ſm eſſenti
am. ſunt tamen in ea tres paſſiones diſtinc/
te. ſ. vnum verū bonū. vnum repreſentāſ pa
trem qui eſt prima perſona. ſicut vnitas eſt
principium numeri. Ueritas que eſt obiec/
tum intellectus repreſentat filium qui eſt ve
ritas et productus p modū diuini intellect⁹
Bonitas repreſentat ſpūmſanctū. qr bōitas
eſt obiectū voluntatis ſpūſſanctus producit
per modū voluntatis ſm Aug. ¶ Quinto
et vltimo accedat mundus cum ſuis creatu/
ris. et declarat trinitatem eſſe in creatore. Et
patet primo q; mundus in ſe vnus per eſſen
tiam diſtinguitur in ſupercelestia q̄ ſunt an/
geli et in celeſtia que ſunt celi. et in ſubcele/
ſtia que ſunt quatuor elementa cum elemen
tatis. ¶ Secundo ſe offert natura angelica
que in ſe vna diſtinguitur in tres hierarchiaſ
ſcz ſuperiorem. mediam et inferiorem ſecun
dū Dyoniſium de angelica hierarchia. Ter
tio ſe offert ſuperior hierarchia in qua deus
vnus eſt in thronis vt maieſtas in Cherubi
vt veritas in Seraphi vt charitas. Quarto ſe
offert quilibet angelus et quelibet ratiōalis
anima. qui cum ſit vnus. et aia vna in ſua eſ
ſentia eſt tamen in eis trinitas potentiarum
ſcz memoria. intellectus et voluntas. et hec i
creatura vocatur ymago dei. qr nihil eſt ſi/
milius in creaturis trinitati diuine pro eo q;
ſicut tres perſone ſunt vna eſſentia ſic tres p
dicte potentie ſunt vna anima eſſentialiter et
non tres anime. Et ſicut tres perſone habēt
ordinem inter ſe non temporis ſed originis
vel naturalis intelligentie vt ſicut pater dici
tur prima perſona, filius ſecūda. et ſpūſſan/
ctus tercia, ſic in anima memoria dicitur pri
ma potentia que eſt fons et thalamuſ omni
um intelligibilium ab anima. intellectus eſt
ſecunda potentia. voluntas vero tercia. q̄a
ſecūdum Auguſtinum. nihil volitum niſi p̄
cognitum. Item ſicut diuine perſone non di
ſtinguuntur ab eſſentia realiter. diſtinguunt
tamen inter ſe realiter per origines ſuas ſiue
relationes. Sic et potentie anime diſtinguūt
inter ſe formaliter. Sed quatenus ſubſunt ac/
tibus ſuis qui ſunt memorari. intelligere et
velle realiter diſtinguuntur. Item ſicut deuſ
eſt vbiq; preſens in macrocoſmo. i. maiori
mundo. ſic et anima rationalis in microcoſ
mo. i. minori mundo. Ipſa enim dicitur eē
tota in toto. et tota in qualibet pte. quia aia
rationalis que tota eſt in pede hominis itel
ligit non ut eſt in pede. ¶ Eſt ergo merito aia
rationalis ymago dei. quia expreſſius reprē
ſentat trinitatem diuinam q̄ quecunq; alia
creatura. Et hinc eſt q; cum deus formauit
hominem dixit. Faciamus hominē ad yma

gine et similitudinē nostrā: Gen.i. Quinto se offerunt spere celestes. qȝ cū quelibet spera sit in se vna distinguitur tamē in circulum planetā et virtutē. Sexto se offert sol. qui cū sit in se vnicus in essentia. distinguitur tamē in corp⁹ splendorē et calorē quē pducit. Septimo se offert ignis. qui similiter cū sit vn⁹ in natura. in eo tamē est tria cōsiderare. sicut dictū est de sole. et istud exēplū ponit Aug. de processiōe filij a patre. et spūssācti ab vtro qȝ. et si ignis esset eternus eternaliter calor pcederet ab eo. et splēdor pcederet realiter ab vtroqȝ sicut est in diuinis. Octauo se offert aer qui vnus in natura trinus est. in corpore caliditate et humiditate. Nono se offert aq que vna etiā in natura trinitatē dicit in corpore. humiditate et frigiditate. Decimo se offert terra que in se vna trina tamē ē. i. corpe. siccitate et frigiditate. Sic posset explificari de omnibus creaturis. in quib⁹ et si nō plene illa beata trinitas exprimitur relucet tamē in eis vestigiū trinitatis. In confirmationē omniū predictorū offerūtur due rationes. Una quā fecit Aug. in lib. lxxxiij. questionū. quia aut de⁹ noluit et potuit se sūme cōicare. aut potuit et non voluit. aut voluit et nō potuit. aut nec voluit nec potuit. aut voluit et potuit sed nesciuit. Non ē dicēdū ꝙ potuit sed nō voluit. quia tūc inuidus esset. Constat autē ꝙ inuidia nō cadit i deo pter imperfectionē. Unde primo methaphisice dicit contra symonidē. Diuinū nō inuidet. nec ē dicēdū ꝙ voluit et non potuit. qȝ tunc impotens esset quod falsum esset. Nec est dicendū ꝙ nec voluit nec potuit. quia tunc impotens et inuidus esset quod peius est. Nec est dicēdū ꝙ potuit et voluit sed nesciuit. qȝ tunc deus esset ignarus quod est absurdū. Relinquitur ergo ꝙ deus voluit. potuit et sciuit se sūme cōicare. et cū in perpetuis non differāt eē et posse: vt patet. iij. phisicorū. Sequitur ꝙ de⁹ ab eterno se sūme cōicauit habēdo dilectū. i. filium. et dilectionē siue cōdilectū. id ē spm̄ sāctū. Secūda rō q̄ offertur est doctoris subtilis scoti in primo sententiarū distinctione. ij. in responsione ad terciā questionē q̄ talis est. Ubicūqȝ ē inuenire pricipia pductiua aliquorū sine imperfectiōe: illa supposita in q̄bus inueniunt possunt talia pducere quorū habet pricipia pductiua cū non possunt ipediri. Sed in diuino supposito. s. i patre est inuenire principiū productiuū noticie genite. s. memoriā fecūdā que est obiectum cū intellectu. et principiū productiuū amoris spirati quod est obiectiuum cū voluntate. ergo suppositū diuinū habens ista duo principia productiua pfectissime poterit producere noticiam genitā et amorem spiratum talia autem in diuinis nō possunt eē nisi sbsistentia cū inherentia dicat i perfectionē. ergo in diuinis sunt pducta duo subsistētia: et vnum pducens distinctū personaliter ab eis. Et si forte dicat iude⁹. sicut ponis tres personas in deo: ita possent poni plures alie Respondet sanct⁹ Thomas i summa cōtra gentiles lib. iiij. c. xxvi. ꝙ diuine persone multiplicari non possent nisi sm ꝙ exigit pcessio intellect⁹ et volūtatis in deo. nō est autē possibile ꝙ in deo sit nisi vna pcessio sm intellectū. eo ꝙ suum intelligere est vnum et simplex et perfectū: quia intelligendo se itelligit omnia alia a se. et sic non potest eē i deo nisi vna verbi processio. ¶ Similiter autem oportet et pcessionem amoris esse tantum vnā. quia etiam diuinū velle est tantū vnū et simplex. amando enim se amat omnia alia. non ē igitur possibile ꝙ sint in deo nisi due persone procedentes. vna per modum intellectus vt verbū. s. filius et alia per modū amoris vt spūssanctus. Est etiam et vna persona non procedens. s. pater. Solū igit tres persone in trinitate eē possunt. Item si sm pcessionē oportet psonas distingui mod⁹ autē psone q̄tū ad pcessionē non pōt esse nisi triplex: vt scȝ sit aut omnino nō procedens qđ patris est. aut a nō procedente procedens ꝙ filij est. aut a procedente procedens quo spiritussancti est. Impossibile est igitur ponere plures q̄ tres personas. Benedicamus ergo patrem et filium cū sancto spū: laudem⁹ et superexaltemus eum in secula. Etiā hec pro presenti sufficiant de ista materia.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ xpiani sūt ydolatre quia adorant sacramētū altaris: et propter veneratione ymaginum.



Vicesimūquartū et vltimū argumētum iudeorū est cōtra adorationē xpi. et sacramēti altaris: ac etiā cōtra adorationē ymaginū. Dicūt eni iudei q xpiani sunt pessimi ydolatre adorātes xpm purū hominē tanq deū. et qd peius est hostiā de frumēto ab eis formatā et coctā adorāt sicut deū qd est derisibile. et postea comedūt qd est horribile. Adorant etiā ymagines opera manuū hominū. Illd autem est contra legē dei Deutro. vi. Dominū deū adorabis .s. maiestatē diuinā in eo solo psitendo. Itē Exod. xx. Non facies tibi sculptile. nec omnem [illegible] que est i celo desup [illegible] deorsum. nec eorū que sunt [illegible] sub terra. nō adorabis ea nec coles. Itē deutro. lib. et Leui. xxvi. Non facietis ydolū et sculptile. nec titulos erigetis nec insignē lapidē ponetis in terra vestra vt adoretis eū. Itē Deutro. xxvij. Maledictus qui facit sculptile et cōflatile. non ergo dbet adorari homo. nec panis nec aliqua ymago sine creatura. Ad istud argumētū respondet quo ad primū .s. de xpo. quod fuit ostensum plenissime in primo libro et in solutionibus argumentorū pdictorū huius tercij libri q Ihs nazaren9 est ver9 messias in lege et prophetis pmissus. Ostensum ē etiā quomodo est verus de9 et verus homo sicut patuit i solutione. xxij. argumenti. Et in pmo libro consideratione. iij. articulo primo in quadruplici examine. Et consequenter ihūs nazaren9 est latrie adorandus. nec ex hoc ydolatre sūt xpiani adorantes verū deū. Ad illud autē quod dicūt de adoratione eucharistie q ibi sit ydolatria. Dicēdū q nō est verū ſm Nicolaū de lyra in tractatu contra iudeū nequiter arguentē. Non eni adoratur panis. quia nō est ibi. sed eius substantia conuersa est in substātiā corporis xpi vtute diuina ad prolationē verborū cōsecrationis que sunt ipsi9 xpi veri dei effectiue seu principaliter. Ipsi9 autem sacerdotis platiue seu ministerialiter. Verbū autē diuinū est tante virtutis q per ipsū factū est celū et terra de nihilo. vt patet Gen. i. et psalmo. cxlviij. dixit et facta sunt: et multo fortius pōt cōuertere vnā substātiā in aliā. Patet etiā per exemplū Exod. xiiij capi. vbi dicitur. q diuia virtute virga moysi cōuersa est i serpētē. Et Exo. vij. aque egypti cōuerse sunt in sanguinē. Et si dicas q ista nō sunt cōuersa virtute verborū falsum est. Legim9 eni numeri. xx. q deficiente aqua dixit dominus ad sacerdotes Moysen et aarō Loquimini ad petrā: et illa dabit vobis aquas et ad verbū eorū ſm psal. conuertit petrā in stagna aquarū et rupē in fontes aquarum. Facili9 autē videt panē in corpus: et vinū in sanguinē q petrā i aquā mutare. Qm autē possit [illegible] substātiā in aliā [illegible] pbat. q2 de9 nō attingit substātiā mediātib9 accidētib9: sicut facit agens naturale. sed eā attingit imediate. et iō pōt illā substātiā in aliam cōuertere manentib9 accidētib9 eadē virtute. Ad hoc autē habetur aliquo modo exēplū Gen. xix. vbi dicitur q vxor Loth respiciēs retro versa fuit i statuā salis. Per hoc eni q dicitur statua videt q remanserit figura substantie corporal substātia in sal mutata. sic igit diuia virtute cōuertit panis substātia i corp9 xpi accidētib9 remanētib9 panis. Aia vero xpi realiter cōiūcta est suo corpi. et similiter deitas in psona filij. et sic sub speciebus panis et corp9 xpi ex vi cōuersionis vel trāsubstātiationis anima eius et deitas ex cōcomitantia reali et inseparabili. et per consequens ibi est totus xpus verus homo et verus deus latria adorandus. et sic non est ibi ydolatria non eni im adorantur species panis visibilis tanq de9. sed ipse xps inuisibilis existens sub illis speciebus. Simile habet quodāmodo Exo. iij. vbi dicitur q xps apparuit moysi in flāma ignis in medio rubi. et non est dubiū quin moyses adorauerit dñm. quādo dominus dixit [illegible] Solue calciamentū de pedib9 tuis [illegible] adorauit ignē illū [illegible] tanq deū. sciebat ei. moyses hoc īpossibile esse. sed adorauit deū inuisibilē sub similitudine visibili apparētē. Et idē dicēdū est de alijs apparitionib9 diuinis factis sanctis patrib9. sicut. iij. Reg. xix. c. apparuit Helye sb sibilo aure tenuis. Quod autē arguitur vltra q xpiani comedūt corpus xpi q est horribile. Dicendū q verū esset si acaperēt in ppria specie. sed ipsū accipere sub specieb9 panis non est horribile sed magis suaue et venerabile. Non enim ipse xps vel eius corp9 in ista comestione frangitur vel atteritur dentibus siue laceratur sicut ymaginātur iudei: sed sola spēs pānis frāgitur et atteruntur. q̄bus cōsumptis desinit ibi esse corpus xpi. sz

Nota. b

remanet huius sacramenti effect⁹ q est aie re
fectio per augmentum gratie. et sic patet q co
mestio ista suauis est et veneranda. et pp̄ter
hoc saluator dicit Johis. vi. Ego sum panis
viu⁹ qui de celo descendi. si quis manduca-
uerit ex hoc pane viuet ineternum. Hoc etiam
fuit p̄dictū psalmo. lxxi. qui fm doctores an
tiquos hebreorū exponitur de xp̄o. In prin
cipio em̄ huius psalmi cū dicatur. Deus iu-
diciū tuū regi da. Glo. hebraica dicit. Iste ē
rex messias. de quo dicitur Isa. xi. c. Egre-
dietur virga de radice yesse etc. Et in p̄cessu
huius psalmi dicit de ipso. Erit firmamentū
in terra in summis montiū. vbi littera hebraī
ca habet erit placenta tritici in terra in capite
montiū. et translatio Hyeronimi iuxta hebra
icū. Erit memorabile triticum in terra in ca-
pite montiū. Translatio chaldaica habet.
Erit oblatio frumenti in terra. ex istis tribus
videt q lr̄a nostra fuerit corrupta p scripto-
res ponētes firmamentū p frumentū ex simili
tudine dictionū. Patet igit ex dictis q d re
ge messia dictū fuit in hoc psalmo q futur⁹
erat frumentū in terra in summis montium
vel oblatio frumēti in terra in capite montiū
quod ipletū est in sacramēto eucharistie in
quo xp̄s sub speciebus panis tritici cōtinet
et sup capita sacerdotū vt adoret a populo
eleuat. Qui sacerdotes p̄pter altitudinē stat⁹
mōtes appellātur. p̄pter qd saluator Joh.
xij. grano frumenti se cōparet et dicit nisi gra
nū frumēti cadēs in terra mortuū fuerit. etc.
De bonitate aūt sacramenti eucharistie dicit
rabi moysen hadarsam exponēs super Geñ
illud Osee. xi. et declinaui ad eū vt vesceret.
Littera hebraica talis est. inclinabo ad eum
escā. quod exponens iste doctor et loquens
in persona dei sicut et Osee p̄pheta. rabi ille
dicit in fine. inclinabo ad eū. i. ad populum
israel. escā bonā et suauē cui nō est alia simi
lis de qua dicitur psalmo. lxxi. Erit placen-
ta frumēti in terra in capite etc. De ista mate
ria vide quedā pulchra supra argumēto. xiij
Patet igitur ex supradictis q adorare eucha
ristiā non est derisibile. sed sanctū et venera-
bile nec eā sumere est horribile. sed deuotū
et delectabile bene dispositis ad hanc escam.
p̄pter qd aplus. i. Cor. xi. probet autē seipsū
homo et sic de pane illo edat et de calice bi-
bat etc. Et hoc fuit figuratū i mana populo
israel dato Exod. xvi. de quo Sap. xvi. Pa
nem paratū de celo prestitisti eis sine labore
omne delectamentū in se habētē et omnis sa
poris suauitatē. De ista materia āplius dice
tur cū dei adiutorio infra cū mouebitur bel-
lum iudeorū per argumenta ex natura assū
pta. Ad illud autē quod arguūt iudei de scul
ptilibus et ymaginibus. Respōdet et p̄rio
declaro quid est adoratio. ¶ Secundo quot
modis sumit. et tandem quali veneratione
sanctorū ymagines venerande sunt. ex quib⁹
patebit solutio ad allegata per iudeos. De
primo dicitur q adoratio nihil aliud est q
quedā veneratio seu reuerentia alicui exhibi
ta ratione dignitatis superioris et excellentie.
Pro secundo iuxta doctorum sacre theolo-
gie traditionē nos habem⁹ adorationē seu
venerationē que latria dicitur. et habemus
que dulia nominat. et habem⁹ que yperdulia
nominat. ¶ Latria enim dicitur cultus soli
deo trino et vno debitus. hoc etiā exprimitur
in omni republica obseruari. q summus re-
ctor aliquo signo singularis precetteris ho-
noratur q si alicui alteri deferretur foret cri-
men lese maiestatis. Et ideo in sacro codice
statuit pena mortis his qui diuinū honorē
alijs exhibēt vt patet Exod. xxij. nec istū ho
norem siue adorationē ipsi deo exhibem⁹ p̄
pter ipsum qr ipse est gloria et honore p̄ditis
simus cui nihil a creatura addici pōt sed p̄-
pter nos. qm̄ p hoc q deū reueremur et a-
doramus mens nostra ei subijcitur et i hoc
eius pfectio consistit. Res enim quelibet p̄-
ficit p̄pter hoc q suo supiori subdit. sicut
corpus per hoc q ab anima viuificatur. et
aer per hoc q a sole illuminatur. Dulia vero
dicitur cultus vel reuerentia debita rōnalī cre
ature superiorē ordinē tenēti sicuti sunt pre-
lati domini vel magistri. Yperdulia est cul-
tus siue honor dignior dulia debitus carni
xp̄i assumpte a verbo diuino. teste glosa sup
illud psalmi. Adorate scabellum pedis ei⁹
Circa vero ymaginū venerationem dicitur
q xp̄i ymago et crux et alie sanctorum yma-
gines dupliciter possunt considerari. Uno
modo vt sunt ymagines dei aut virginis ma
rie seu sanctorū. deū vel virginē mariā. aut
aliquē sanctorū representantes. Secūdario
vt sunt quedā res puta aurū et argentum li-
gnum siue lapis. et illo secundo modo. con
siderando nulla veneratio eis exhiberi debz
immo crimen ydolatrie incurreret. qui vt sūt

solū res q̄dā ipsas venerarent. Alio mō p̄nt
considerari vt representāt ihm xp̄m aut vir
ginem mariā seu sanctos paradisi. et sic vti
q̄ venerari debēt eciā cadē veneratiōe qua
ymaginatū veneratur. et ita crux xp̄i et eius
ymago venerari debet adoratione latrie. y
mago autem virgis marie. aliorūq̄ sancto
rū venerari debēt veneratione dulie: q2 tot⁹
honor refertur ad ꝓthotypu3. i. ad exēplar
seu ymaginatū et hec est opinio Thome in
iij. sententiarū distinctione. ix. Sed cōtra eā
obijcit magister Robertus holgot super li
bro sapiētie lectōe. c. lviij. primo q2 latria ē
honor soli deo debitus. sed nulla ymago ē
deus. ergo nulli ymagini debetur talis ho
nor imo cōtradictionē includit. vel iducit di
cere q̄ latria sit honor soli deo debitus et ta
mē q̄ debeat ymagini xp̄i. p̄terea si idē3 ho
nor debeat ymagini xp̄i et xp̄o idē honor d
betur lapidi et xp̄o. et per cōsequēs debetur
idem honor deo et creature qd̄ non est dicen
dū. Preterea qui honorat aliquid honore la
trie cōfitetur illud eē deū. ergo si aliq̄s possit
licite ymaginē honorare cultu latrie pōt lici
te prestari et cōfiteri aliud a deo eē deū. Jō
aliter pōt dici q̄ nulla adoratio debet yma
gini nec licet ymaginē adorare. Vera enim
adoratio est in spū et deuotione et amore sū
mo. et istū nullo modo debem⁹ in aliquam
creaturā dirigere q2 tñ ꝓpter ymaginē xp̄i ex
citamur ad adorandū xp̄m. et corā ymagie
adorationē nostrā facim⁹. Dicitur large lo
quēdo q̄ ymaginē adoramus. Unde dicit
p̄dictus doctor videt mihi dicēdū q̄ nec a
doro ymaginē xp̄i q2 lignū. nec quia ymago
sed adoro xp̄m corā ymagine xp̄i q2 ē yma
go xp̄i. et excitat me ad adorādū xp̄m. et sic
exponit Johānes damascenus libro. iiij. c.
iiij. vbi videt dicere q̄ sanctorū ymagines
adorari hoc intelligo sic q̄ ꝓpter ymaginis
representationem licet mihi coram ymagine
sanctum cuius est adorare. et eo modo intel
ligo Thomā et basiliū et totū ecclesie ritum
hec ille. licet hoc rationabiliter videatur dic
tū et posset satis sustieri ac per hoc iudeis sa
tisfacere. quia tamen loquendum est vt plu
res sapiendū vero vt pauci et cōis opinio te
net oppositū ideo eam sequendo ad ea que
iudei dicunt restat respondere. Cum ergo di
cant iudei q̄ sacra scriptura vetat facere scul
ptile et illud venerari. Dicitur q̄ ante q̄ de⁹

esset humana natura facere ymaginē dei erat i
pietatis cū enim diuinā naturā sit infigurabil
inuisibilis et insensibilis. sed per carnis nr̄e
assumptionē factus est visibilis; sensibilis
et palpabilis. et ita figura non est ipietatis
sed pietatis. et hoc ꝓpter doctrinā et instructi
onem nostrā ac passionis xp̄i recordationē3
inuisibilis deus factus homo [illegible] ihūs. eas
primo tradidit. Nam ipse primo pinxit yma
ginem suā traditq̄ pictori nō potenti ea3 pi
gere. misso ab abagoro rege vt dicto regi tra
deret vt patet in ecclesiastica historia et notat
Damascen⁹ in sententijs libro iiij. c. viij. cū
enī pictor non posset in faciem xp̄i aciē visus
sui defigere ꝓpter claritatis choruscationem
xp̄s deuotionē regis attendens vestimentū
pictoris faciei applicuit. et sic suipsius yma
ginē ei misit. Jtē in die passionis ipse pinxit
vultū suū tradiditq̄ veronice et nunc yma
go illa habetur rome in magna reuerentia
et veneratione. Jtem post sancti apostoli pi
xerunt ymaginem xp̄i et matris sue vt lucas
apostolus et euangelista. Habentur ymagi
nes rome teste damasceno vbi supra. Jdeo
ergo prohibite sunt ymagines in lege veteri
quia tunc deus non erat figurabilis. ergo ces
sante causa cessare debet effectus. Et quo de
us ē figurabilis potest ymago eius fieri ad
venerandam vt dictum est. Sic enim iubet
propheta adorare non solū deum. sed et sca
bellum pedum eius quoniam sanctum est.
ps. lxxxviij. Unde quia non omnes noscūt
litteras nec lectioni vacant. Jdeo sancti pa
tres ad velociorem memoriam habendam
de triumphis sanctorum vt sic alliciantur ad
bonum ymagines inuenerunt. Sic ergo tri
plex fuit causa institutionū ymaginum in ec
clesia. Primo ad instructionem laicorum q̄
bus ymagines adhibentur loco librorum.
Secundo ad incarnationis mysterium et vt
sanctorum exempla nobis et frequentius et
recentius infigerentur. Tercio ad excitandū
deuotionis affectum qui magis ex visis q̄
ex auditis causatur. Et q̄uis nulla sit scrip
turarum de adorandis ymaginibus tradi
tio. Tamen apostoli familiari consilio spiri
tussancti nonnulla tradiderunt ecclesie obs
uanda que non relinquerunt in scripturis. s3
in ecclesie obseruatione per successionem fi
delium sunt ordinata. Unde ipsemet apo
stolus ad Tessalonicēn. ij. ait. state et tenete

traditiones que dicuntur sine per sermonem
scz ab ore prolatum. siue per epistolas. scrip
tam transmissam inter quas traditiones est
ymaginum veneratio. Quod autem placeat deo
ymaginum veneratio eo modo quo dictum est
et displiceat oppositum siue earum ablatio patz
ex pena philippi et multorum aliorum. Un
de legimus in cronicis imperatorum et summo
rum pontificum qz philippo heretico anno do
mini septingentesimo tricesimo. regnante. ius
sit ymagines auferri. Anastasius cum de re
gno expulit et lumine oculorum priuauit. Ita
et Leo tercius a beato Gregorio tercio acriter
correptus est et excommunicatus et totam a
dominio illius subtraxit ytaliam. Relicto filio suo
Constantino quinto. patre in destruendis ima
ginibus peiore. qui etiam in nullo auxiliabatur
ecclesiam. preterea imperium romanum a grecis ad fran
cos extitit translatum. Ro ponitur extra de ele
ctione. c. cum venerabilem. Francorum ei fauorem
et beneficia iam romana ecclesia per pipinum
in multis necessitatibus experta fuit. Iste pipi
nus rex francorum fecit magnum synodum congre
gari vbi fuit magna altercatio circa venera
tionem ymaginum et fuit diffinitum christi
ac sanctorum ymagines esse venerandas licet he
retici contrarium suaderent qz eis species ydo
latrie videbatur. sed non est verum vt dictum est quia
ymago fert intellectum humanum in ipsum yma
ginatum. Unde eas licite adoramus et debi
ta veneratione colimus. nec est eadem ratio de
ymaginibus et sculpturis ydolorum. qz ibi
malignus spiritus iungebatur qui in eisdem
dabat responsa cui nulla debetur reuerentia
sed non sic de sanctis ymaginibus. Sanis
igitur claret quomodo non repugnat sacre scripture
ymaginum veneratio eo modo quo dictum est.
videlicet propter ymaginatum. Et quantum
deo displiceat earum ablatio ex penis non solum
spiritualibus sed etiam corporalibus et temporalibus diui
na ordinante iusticia inflictis. et ex assertione
venerationis earundem facta per vicarium ihesu
christi cum sacra synodo vbi error interuenire non
potest cum talis sancta congregatio dirigatur a
spiritu sancto. Sed restat vnum dubium de
ymagibus astronomicis que fiunt certis tempori
bus planetis existentibus in quibusdam locis
celi determinatis. Utrum liceat tales ymagi
nes facere et talibus factis vti sicut tempori
bus suis vt dicit Robertus holgot super li
brum sapientie. lectione. lx. quidam in lon
donis dicebatur curare a quartana per yma
ginem leonis auream secundum certas con
stellationes factam. Hic est difficile dicere
quid est verum propter mirabiles operatio
nes corporum quia hoc est certum qz nihil est
homini illicitum quod per naturam comple
ri potest. dicit tamen Tho. secunda secunde.
questione. lxxxvi. et allegat Augustinum. x.
de ciuitate dei qz opinio fuit falsa de ymagi
nibus talibus construendis. verum est ta
men qz res naturales formas suas conse
quuntur ex corporibus celestibus. sed yma
gines artificiales nullam virtutem consequi
possunt ab arte. nisi ratione materie quia se
cundum Augustinum aliquando operatio
ne demonum aliquid efficiunt singularibus
caracteribus illis impressis. qui naturaliter
ad nihil valent et tacita pacta cum demoni
bus suffragantur. quibus a nigromantica
rum ymaginibus differunt. que expressa cum
demonibus peragunt pacta. Hec autem. xx
iiij. argumenta iudeorum sumpta ex lege suf
ficiant pro primo bello que vt visum est nul
lius vigoris sunt contra nostrum fidei forta
licium. immo integrum et incorruptum ma
net ab ictibus eorum quia est turris fortitu
dinis a facie inimici.

De bello iudeorum per argumenta sum
pta ex lege euangelica.

Quinta consideratio est de iudeorum
bello sumpta per argumenta ex le
ge euangelica. Uidentes enim iudei qz sua
argumenta ex lege sumpta nullius sunt fir
mitatis ad expugnandum nostrum fidei for
talicium. quinimmo per illa eius veritas cla
rior et fortior est ostensa temptare voluerunt si pos
sunt et ex dictis euangelicis se iuuare. et ex qui
busdam alijs a christianis concessis vt fidei no
stre fortalicium diruatur sicut deducit Nico
laus de lyra in tractatu contra iudeum nequi
ter arguentem ex quo tractatu plura hic inse
runtur paucis exceptis que suis locis expli
cabuntur et faciunt totidem argumenta si
cut ex lege scz. xxiiij.

¶ Contendit iudeus probare q ihūs non est verus messias quia in eius genealogia sunt mulieres peccatrices.

PRimum argumētū iudeorū quo nitantur probare ihesum nazarenū non esse verum messiam sumitur ex primo capitulo Mathei sic. Ille non est verus messias in cuius genealogia ponuntur mulieres peccatrices. sed in genealogia ihū nazareni ponūtur mulieres peccatrices ergo ipse non ē messias. Maior est manifesta q2 messias debet esse sanctus et bonus et sic nō debet ī sua genealogia peccatrices admittere. Minor patet q2 Math. i. vbi est principiū noui testamēti nominātur quatuor. s. Thamar Raab Ruth et Bersabee que sunt ī scriptura reprobate. Prima nāq3. s. thamar sub habitu et simulatione meretricis supposuit se iude socero suo et sic cōcepit de ipso phares et zaram Gene. xxxviij. Secūda vero. s. raab meretrix cognominatur Josue. ij. fuit enim genere chananea et sic videtur fuisse mulier luxuriosa vel et ydolatra. Tercia. s. Ruth. fuit de populo Moab qui colebat ydola. Quarta. s. Bersabee fuit adultera vt patet. ij. Regū. xi. Ex quo sequitur q non fuit vere xps. Pro solutione huius maliciose argumēti hebraici tria sunt videnda. Primū est q non valet illud quod obijcitur. Secūdū q in arguēdo falsū supponitur. Terciū quare nomina dictarum mulierū in genealogia xpi exprimūtur cum hoc pricipaliter videatur querere argumētu3 Circa primū ostenditur primo vt clauus retūdatur clauo q similis ratio vel fortior pt fieri contra messiam a iudeis expectatū vn Hiere. xxiij. dicitur de ipso. ¶ Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo. Dauid germē iustū. quod oēs hebrei exponunt de xpo. Unde et trāslatio chaldaica q̄ est hebraice littere in pluribus locis expositiua h3 hic suscitabo dauid messiam iustū. oēs eni iudei cōfitent̄ de dauid messiā descensurum ppter qd Math. xxij. querente saluatore a phariseis cuius filius est: dixerūt: dauid. ¶ Dauid aūt legitur multipliciter et grauiter peccasse. primo in morte sacerdotis nobe primo Reg. xxij. c. q2 p omissionē cautele debite fuit occasio mortis ipsorū petēdo panes et gladiū ab achimelech pñte doech idumeo ppē quod filio achimelech fugiēti ad dauid dixit. Ego sum reus omniū animarū domus patris tui et numerus occisorū sacerdotū fuit. lxxxv. virorū. et cū hoc ciuitas eorū fuit succensa et mulieres et paruuli trucidati. Itē peccauit secūdo peccato adulterij et etiā raptus vt videtur in vxore Urie: de qua dicit. ij. Regū. xi. c. missis itaq3 dauid nūcijs tulit eā p potētiā. s. regalē. Itē peccauit tercio peccato homicidij pditorie cōmissi Nā vriā fidelissimū sibi militē occidit gladio filiorū amō vt ibidē dicitur. Et q2 postea factū fuit diuulgatū surrexit inde scandalū magnum. ppter quod dicebat in populo vulgariter de ipso dauid quō poterat eē saluus ei qui rapuit ouem et occidit pastorē. Itē quarto peccauit grauiter nō solū omittēdo punitionē debitā sed etiā increpationē filij sui amon de oppressione violenta sororis sue thamar. ij. Regū xiij. dicitur ei ibi. Cū aūt audisset dauid verba hec contristatus est valde et noluit cōtristare spm̄ filij sui amon. q2 diligebat eū. Itē quito peccauit grauiter misiboseth filiū Jonathe cuius seruū accusantē dominū suū crimine lese maiestatis et falso vt habet. ij. Regū. xvi. c. Post agnitā innocētiā misiboseth et nequiciā sibe serui sui illū seruū quē de iusticia tenebat decapitare. nō solū nō puniuit sed etiam contra iusticiā medietatē hereditatis misiboseth ei dedit vt habet. ij. Reg. xix. ca. In hoc etiam fregit iuramētū federis initi inter dauid et Jonatā patrē misiboseth vt habetur. i. Reg. xx. c. dicens. Que iurauimus ambo in nomine dñi inter me et te. et semen meū et semē tuū vsq3 in sempiternū. Et subitelligitur firmiter seruabūtur. et ppter grauitatē huius peccati dicūt doctores hebreorū q regnū dauid postea fuit diuisū. vnde sup illud verbū dauid. ij. Regū. xix. c. et tu siba diuidite possessiones dixit glo. hebraica q tūc venit vox de celo dicēs. Roboā et Hieroboā diuidēt regnū tuū. Itē sexto peccauit dauid per supbiā in numeratione populi. ij Reg. xxiiij. c. et in transgressiōe diuini quod habetur Exo. xxx. vbi dicitur q in numeratione populi pro quolibet capite debebat dari dimidius siclus argenti domino quod tūc non fuit factum. et propter grauitatem istius delicti mortui fuerunt de populo israhel. lxx milia virorū vt habetur ibidē. Hec autē scripta sunt in veteri testamento de peccato dd

et forsitā plura alia cōmisit que nō sunt scri/pta. Igit si ꝓpter peccata ꝓdictarū mulierū in genealogia ihū nazareni positarū argu/unt iudei ꝙ ihūs nazarenus nō fuit messi/as in lege et ꝓphetis ꝓmissus. eadē rōe vel fortiori pōt argui: ꝙ messias quē ipsi spec/tāt descensurū de dauid qui tot et tantis cri/minib⁹ fuit irretitus nō sit ver⁹ messias eis ꝓmissus. Itē ōnditur ꝙ argumētū eorū non valet. frequēter eī legūtur hoīes sācti ex pa/rentib⁹ nequissimis procreati. et ecōuerso ex sanctis nequissimi filij sicut achaz nequissim⁹ genuit ezechiā sanctissimū qui etiam contri/uit serpētē eneū quē fecerat moyses. iiij. Re/gum. xviij. c. et ezechias sanctus genuit ma/nassem pessimū. qz posuit ydola in templo domini. et effudit sanguinē inocēū multum nimis donec ipleret iherusalē vsqz ad os. iiij Reg. xxi. c. Similiter amon pessim⁹ genuit Josiā sanctissimū qui genuit tres filios pes/simos. qui propter peccata sua traditi sunt ī manu īfideliū. vnus in manu regis egypti. et alij duo in manu regis babylonis. vt habe/tur. iiij. Reg. xxiij. et. xxiiij. c. Ex hoc pz ꝙ ñ habetur argumētū cōtra veritatē xpi eo ꝙ in eius genealogia ponūtur peccatores et pec/catrices cū iustis. Cōsequēter procedēdo ad secūdū ostendo ꝙ in suo processu accipit fal/sum. Et primo q̄tū ad hoc ꝙ dicit quatuor mulieres in genealogia xpi numeratas fuis/se viles ydolatras et reprobatas. nō tamē i/tēdo eas totaliter excusare a peccato sed a tā/to verba sūt Nicolai de lyra vbi sup. pria fuit Thamar. circa cuius excusatonē aliqualē cōsiderādū ꝙ ipsi abrahe facta fuit expresse promissio de xpo Geñ. xxij. In semine tuo bñdicētur oēs gētes terre et ꝙ istud semē de scēderet p. Isaac ysmahele q̄tū ad hoc re/probato dicēte sibi domino. In Isaac voca/bitur tibi semē. Itē ꝙ descenderet de Isaac xps. per Jacob: Esau q̄tū ad hoc reproba/to dicēte dño malachie. i. Jacob dilexi Esau autem odio habui. tota ergo generatio Ja/cob fuit electa propter quod. xij. eius filij fu/erūt vocati patriarche populi veritamē d iu/da descēsurus erat xps fm carnem propter quod mulieres desiderabāt habere prolem de iuda et filijs eius. quia nesciebāt quō de illa tribu descenderet xps quousqz determi/natū fuit negociū ad progeniē dauid p pro/missionem factā sibi de xpo psalmo. cxxxi. Jurauit domin⁹ dauid veritatē et nō frustra/bitur eā: de fructu ventris tui ponā super se/dē tuā. Ista vero Thamar fuit vxor primo/geniti iude. et etiā secūdi filij et ābo mortui sunt sine prole. et ideo dixit sibi iudas. Esto vidua in domo patris tui donec crescat Se/la filius meus. et cū adultus fuisset non de/dit eū ipsi Thamar timēs ne moreretur sicut duo pcedētes. Videns igitur Thamar. ꝙ in lusiabatur sibi et ex desiderio prolis haben/de de iuda vel de eius filio ratione predicta simulās se meretricē concepit de Juda pha/res et Zaram et sic ex desiderio boni mota fu/it ad illicitū perpetrādū sicut obstetrices egy/ptiorū ex pietate ad filiorū hebreorum salu/tem mote fuerūt ad dicēdum mendaciū pha/raoni: Exo. i. c. Et iudith similiter ex deside/rio liberandi populū suum israel mota fuit ad ornandum se curiose vt sic concupiscenti/am holofernis ad cōcupiscentiam sui excita/ret. quod erat simpliciter malū: et in istis et consimilibus dicta vel facta mala excusātur a tanto vel a toto. Quod autem dicunt iudei ꝙ Raab fuit meretrix publica et vilis perso/na falsum ē. Nam vbi dicitur de ipsa Josue ij. c. Ingressi sunt domum mulieris meretri/cis nomine: Raab hebrei dicūt. Ingressi sūt domū mulieris hospitatricis noie Raab ꝓ/pter quod exploratores hebreorum illuc de/clinauerunt ad manendum de nocte. Non enim est aliquo modo verisimile ꝙ salomō princeps tribus iude accepisset eā in vxorem si fuisset tam vilis persona ꝙ autem arguūt ipsam fuisse ydolatram eo ꝙ erat gētilis et chananea non est efficax argumētum. quia multi gentiles fuerūt vnius veri dei cultores sicut patet de Job et amicis suis et dato ꝙ coluerit ydola in iuuentute sua sicut fuerat a parentibus edocta ac per hoc in parte excu/sanda. tamē in fide vnius veri dei saluauit exploratores hebreorum vt patet ibidem et ad hebreos. xi. et cum tota cognatione sua ad iudaismum fuit conuersa. Quod autem de Ruth. moabitide dicunt eam fuisse ydo/latram potest ad hoc dici sicut dictum est de Raab. Quod autem postea coluerat vnum verum deū patet. Ruth. i. c. vbi dixit noemi deus tuus deus meus et cetera. Quod autē vltimo dicūt de Bersabee ꝙ fuit adultera. dicendum ꝙ ex scriptura non habetur expres/se ꝙ hoc cōmiserit voluntarie: sed magis ꝓ

potentiā regis violēta vt dictū est supra. Et dato φ in adulteriū consenserit tamē iudei nō possunt dicere quin deuota fuerit et honesta. Nā prouerbiorū.xxx.c.super illud qui dilecte mi. quid dilecte vteri mei et cetera: dicūt doctores hebrei φ ad litterā hec sunt verba matris Salomonis ipsum arguētis eo φ prima nocte qȝ iacuit cū filia Pharaonis ita carnaliter et insolēter se habuit cū ea: φ i mane tātū dormiuit φ trāsibat hora offerendi iuge sacrificiū matutinū. et claues templi erant sub ceruicali Salomonis. Et ideo mr eius intrauit cubiculū eius et excitauit eū dicens: quid dilecte mi. quid dilecte vteri mei. quid dilecte votorū meorū. quasi dicat. considera quid fecisti. sperabā φ tu zelares pro cultu diuino et bene regeres regnū et tu defecisti: et consequenter monuit eū de carnalitate vitanda. et de iusticia autē conseruāda dicens. Ne dederis mulieribus substantiā tuam. nec obstat φ ille cui dirigitur istud verbū vocat Lamuel. Nā salomō hoc nomine vocatus fuit. eo φ nathā propheta vocauit eū amabilē domino. ij. Regū. xij. qd in hebreo significat cū quo de⁹ in legittio. Est autem de⁹ cū eo quē diligit. Patet igitur ex dictis φ iudei in arguēdo accipiūt falsum reprobando istas quatuor predictas mulieres vltra debitū. Et si dicat iudeus quare n̄ nominātur in genealogia xpi sancte mulieres scȝ sarra rebecca et sic de pluribus alijs que cōmēdantur in scriptura et tamē nominant ibidē quatuor mulieres peccatrices predicte Respondet istud ē terciū qd videbatur principaliter querere argumētū. ¶ Dico ergo φ iste nominantur ad excludendū falsam opinionē que posset oriri. Cum eni dicitur i genealogia abrahā genuit Isaac. intelligitur de sarra vxore eius principaliter prima. Et eodē modo cū dicitur Isaac genuit iacob. intelligitur de rebecca et sic de alijs. Si igit sic absolute diceretur. Judas aūt gēuit phares et zaram. Opinari posset aliquis φ esset de vxore sua vera quod est falsum: qȝ iudas nō cognouit Thamar affectu maritali. propter quod ad excludendum opinionem falsam euangelista nomen Thamar expressit. Similiter si diceretur Salmon genuit booz precise crederetur φ esset de sua prima vxore iudea natione quod non est verū. et ideo nomen Raab est ibi expressum. Et idem dicendum est de alijs duabus: Non enim Ruth fuit prima vxor ipsius booz nec bersabee ipsius dauid sed fuerūt eis ex accidenti cōiuncte Ruth vt suscitaretur semē defuncti, et bersabee ne moreretur propter crimen adulterij

¶ Contendit iudeus probare christianos imundos quia comedunt carnes suillas.

Secundum argumentum iudeorū est φ ex quo in genealogia ihū nazareni ponuntur mulieres imunde tota sua genealogia est ordinata ad imūdiciam Et ideo xpiani comedūt carnes suillas et cetera in lege phibita. Ad istud argumentum rn̄detur φ nō sequitur xpiani comedūt carnes suillas et alia in lege prohibita ergo sunt immūdi. Nam illa precepta erant cerimonialia et per consequens figuratiua stat⁹ futuri sub xpo sicut sepe supra dictū est propter qd publicato euangelio cessant nō solum vt mortua sed etiā vt mortifera si seruarētur vt obligatoria ex lege. nā hoc esset dicere saltem facto φ xpi aduentus nondū eēt cōpletus. Si autē aliquis abstineret a carnib⁹ porcinis et huiusmodi ex alia causa vtpote qȝ sunt sibi abbominabiles vel non sane nullū esset peccatum. φ autem tales ab tēpe xpi sint liciti patet ex actibus apostolorū et eplis Pauli in multis locis que propter breuitatē omitto quia est notum fidelibus xpianis. Itē rabi moysen hadarsan super Geñ. adducat auctoritatem. ps. cxlv. Qui custodit veritatem in seculum facit iudiciū iniuriā patientibus dat escā esurientibus. dñs soluit compeditos. et hic est finis versus in hebreo. Exponit igitur iste doctor finem huius versus de esca tempore messie dicens φ hec littera dat escā famelicis. dominus absoluens prohibita siue ligata. et exponendo sic dicit: omnis bestia que immūda reputatur in hoc seculo deus sanctus et benedict⁹ faciet eā mūdā in futuro seculo: sicut primitus fuit munda filiis. Noe qb⁹ dicitur Geñ. ix. c. Quasi olera virentia dedi vobis omnia. Sicut enim olus fuit mūdū omnib⁹ sic animal et bestia filijs noe et ita in futuro absoluit deus quicquid phibuit de cibis. Sciēdū autē φ iste doctor et alij doctores hebreorū loquentes de pnti

seculo et futuro: per presens seculum intelli-gunt tps currens usqz ad messiã et ibi inci-pit seculũ futurũ. Cũ igitur ihũs nazarenus sit messias ver9 vt supra libro. i. ostensum est a tempore passionis sue in quo terminatus fuit cursus legis mosayce liciti sunt cibi lege mosaica prohibiti. Et ideo paulus aposto-lus i lege et prophetis doct9 dicit: i. Timoth iiij. Omnis creatura dei bona et nihil reijci-endum quod cum gratiarum actione perci-pitur sanctificatur enim per verbum dei. i. p eius filium modo dicto.

Contendit iudeus probare q ihũs non est verus messias quia in eius genealogia nulla ponitur mulier sancta.

Tercium argumentum iudeorum ẽ ex euangelio. Si iesus nazaren9 es-set verus messias in eius genealogia saltem aliqua mulier poneretur sancta: sed nulla ta-lis ibi ponitur ergo non est vere messias. Maior videtur manifesta. minor probatur cum non ponantur nisi supradicte quattuor que et si non tantum peccatrices tamẽ fuerũt Respondetur quicquid sit de maiori ꝑposi-tõne minor est falsa. nam in fine genealogie ihũ xpi Jacob aũt genuit Joseph virũ ma-rie: de qua natus est ihesus qui vocatur xps Ipsam autem esse sanctissimam scripture noui testamenti et doctorum catholicorum manifeste proclamant. Sed quoniam hoc satis est notum fidelibus ideo sanctitatem eius per scripturas iudeorum et sarraceno-rum declarare propono. Circa primum dici-tur Jsa. vij. ca. Ecce virgo concipiet et pari-et filium et vocabitur nomen eius emanuel que auctoritas ad litterã intelligitur de xpo et de eius matre. Pro declaratione huius ꝑ-phetie notandũ q sicut legimus Jsa. vij. et iiij. Regum. xvi. tempore regis achaz duo reges potentes. s. syrie et israel ascenderũt cõ-tra iherusalem ad preliandum contra eam. dominus autem misit ad eum ysaiam dicẽs q non timeret ab exercitu istorum duorum regum. Ipse autem sicut erat malus et ydo-latra et incredulus non credidit Jsaie. et ysa-ias dixit sibi q peteret signum sue liberatio-nis ex quo sibi nõ credebat. vnde sibi dixit. pete tibi signum a domino deo tuo in pro-fundum inferni scilicet per suscitationem ali-cuius mortui siue in excelsum supra scilicet i celo sicut tempore Josue de sole. Iste autem rex malus nolens petere signum a deo de-dit excusationem fictam: Dicens q hoc eẽt temptare deum. vnde dixit non petam et ñ temptabo dominum. Cum autem cogno-uisset ysaias q non bona fide dixit achaz. i-mo quia deum non timeret aut amaret. et sic indignum reputans noluit sibi dare signum sed dedit domui dauid dicens. Audite er-go domus dauid nunquid parum vobis ẽ molestos esse hominibus quia molesti estis et deo meo propter hoc dabit dominus de9 ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet et cetera quod intelligitur de concepti-one et partu xpi per virginem Mariam vt al-legat euangelista Matheus in primo capi-tulo. Et per obsidionem ciuitatis iheru-salem ab istis regibus significatur spirituali-ter obsidio generis humani a demonibus: et q genus humanum debuerit ab obsidio-ne dyaboli liberari signum fuit q virgo con-ciperet et pareret filium. Sed isti glorio-so signo de conceptu virgineo contradicunt iudei illud impugnantes et pro impossibili reputantes q virgo existens virgo concipi-at et pariat filium asserentes et affirmantes q textus ysaie allegatus scilicet Ecce virgo et cetera. non intelligitur sicut nos christiani et fides catholica affirmat de virgine glorio-sa virgine maria. et faciunt contra hoc com-muniter quinqz argumenta. Et arguunt pri-mo sic. istud signũ fuit liberationis achaz a duob9 regib9 q venerũt contra eum. xps ve-ro natus est post achaz bene per. cccc. annos liberationis igitur signum non fuit incarna-tionis xpi et conceptio eius ex maria virgi-ne. Secundo sic vbi nos habemus virgo he-brei dicunt alma quod significat adolescen-tulam quod indifferenter dicitur de virgine et corrupta. Virgo autem sic non significat igitur textus ille non intelligitur de concep-tione virginis scilicet adolescentule. Tercio sic qz xps nõ ẽ vocat9 emanuel. sed ihũs sm q pz Luce. ij. et ꝑphetia dicit q vocabitur emanuel igitr nõ põt dici de xpo. Quarto qz appet q ꝑphia itelligatr de aliquo filio et dicit aliq iudeorũ doctores et rabini. q itel-ligatr de ezechia filio achã q dict9 ẽ emanuel

Alij vero dicūt q intelligitur de filio ysaie de quo in sequenti .c. dicit ppheta accessi ad pphetissam q̄ cōcepit et peperit filiū. ¶ Quinto et vltimo arguūt iudei littera dicit q anteq̄ sciat puer vocare patrē aut matrē auferetur fortitudo damasci igitur in xp̄o fuit ignorantia q xp̄iani reputāt falsum q2 dicūt q habuit plenitudinē sciē ab instāti sue cōceptionis. Concludūt ergo iudei q nullo modo intelligitur de xp̄o nec de virgine Maria matre ei9 sicut nos xp̄iani dicim9 et firmiter credim9 et cōfitemur. Ad primū argumētū dicendū iudeis: q nō est verū q istud signū de cōceptu virgīs ipsi achaz dareb licet sibi per pphetā pmitteretur dicens. pete tibi signum a domino deo tuo etc̄. Sed ex hoc iniustus incredul9 remāsit et ydolatra q2 dixit nō petā et nō tēptabo dn̄m. alia lr̄a habet et non exaltabo dn̄m. Directū ergo fuit domui dauid signū vt patet ex textu vbi dicitur. audite dom9 dauid pp̄ter hoc dn̄s dabit vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur etc̄. quod signū iplētū est in virgine maria principaliter et realiter que fuit de domo dauid. ¶ Ad illud autē q̄d dicitur q illud signū fuit per. cccc. annos et vltra p9 achaz dicēdū est q duplex est signū. vnū pnosticū respectu effectus futuri sicut gedeon datū fuit signū in vellere indicatiuum futur victorie Judicū .vi. Secūdū est signū rememoratiuū respectu effectus preteriti sicut moysi datū fuit signū Exodi .iij. hoc habebis signū q miserim tecū eduxeris populū meum de egypto imolabis super montem istū grās. s. agēs de ista missione que tibi ipōnitur nec obstat de magna instantia tp̄is quia signū rememoratiuū ita respicit pteritum in magna distantia sicut signū pnosticum futurū. Ad ppositū istud fuit signū rememoratiuū et nō pnosticū et fuit datū in tanta distantia pp̄ter hoc q cōueniens erat q2 achā fuit incredulus verbo pphete q daret signū in longinquū vt ipse in ppria persona nō videret sicut in mente nō credebat. Illi tamē q̄ descēderūt ab eo viderūt sicut maria et Joseph. et ideo signāter ppheta nō dixit verba ad achaz sed ad domū dauid de qua domū fuerūt maria et ioseph vt infra dicetur.

Ad secūdū dicēdū q in hebreo sunt tria vocabula quasi idē significātia. s. nabra. betula. balma. primū accipitur pro muliere adolescēte paucorū dierū nō habendo respectū ad virginitatem vel corruptionem. Secūdū accipitur p virgine nō habendo respectū ad etatē. s. adolescens iuuenis vel senex. Terciū vero accipitur pro muliere habendo duos respectus. s. ad adolescentiam et virginitatem. et quia ista duo simul fuerunt in beata virgine. Ideo propheta diuinitus illustratus posuit balma et nō aliquid aliud d̄ vocabulis supra dictis. Huius sententie est venerabilis peritus vir petrus alfonsi conuersus in suo dyalogo titulo .vij. dicēs. mulier nāq siue iuuenis fuit annosa q̄diu virgo est appellari pōt betula. q̄diu autem iuuenis est siue virgo sit aut corrupta potest nuncupari nabra. balma vero vocatur nulla nisi sit iuuenis et intacta. hec ille. ¶ Notādum etiam secundum Nicolaum de lyra in hoc passu q balmum significat absconsionem et inde dicitur balma abscondita que significat iuuenculam aspectibus hominum absconditam ita q de eius pudicicia et integritate non dubitatur maxime quando preponitur littera he. et tunc sonat healma. nec inueniuntur in tota sacra scriptura alique sic scripte nisi tantum tres scilicet rebeca. xxiiij. Genes. vbi dicitur de illa puella decora nimis virgoq pulcherrima et incognita viro. et sequitur ibi puella que gradietur ad hauriendā aquam in hebreo habetur healma q̄ egredietur etc̄. Et maria soror moysi. Exo. ij. vbi dicitur de ea et iuit puella et vocauit matrem pueri in hebreo habetur iuit healma et cetera. Et ista que scribitur Isa. vij. et ambe cū due priores fuerint virgines purissime q̄ sic noīate fuerūt idē tenēdū ē de ista hec lyra. dicit ergo ppheta ecce healma. i. adolecēs et virgo simul q2 ista duo dicit vocabulū healma cōcipiet et pariet filiū. i. beata virgo maria a ppheta pn̄ūciat q̄ cōcepit et peperit virgo manēs et q ita necessario debeat intelligi patet q2 signū q̄d debebat dari achaz p liberatione ciuitatis s̄m textū rabi salomō debebat eē valde miraculosū. vnde dixit sibi Isaias pete tibi signū a dn̄o deo tuo i pfūdū inferni siue in excelsum supra in profundum inferni. i. in suscitatione alicuius mortui. vel in excelsum supra. i. in celo sicut in statione solis fuit tempore Josue. modo q virgo et adolescens conciperet et pareret filiū virgine nō remanēte. nullum miraculū esset. oportet ergo

ad hoc ꝙ sit miraculũ ꝙ virgo cõcipiat et pa
riat in cõceptu et i ptu virgine remanẽte. Et
hoc diuino miraculo qđ impletũ est in virgi
ne gloriosa. Et ideo augustin⁹ contra iudos
in sermone ãnũciationis beate virginis di
cit. Que sũt dei miracula nisi que sunt hoib⁹
ĩpossibilia qui scripsit tabulas sine stilo fer
reo: ipse grauidauit Mariã de spũ sancto. q
multiplicauit panes in deserto sine roze. ipse
virginẽ ĩpregnauit sine corruptione. et qui fe
cit virgã sine pluuia germinare. ipse fecit da
uid filiã sine semine generare. Ad terciũ ar
gumentũ dicẽdũ ꝙ intelligit de xp̃o et quã
do dicũt ipse non est vocatus emanuel sed
ihũs. Dicendũ ꝙ imo qꝛ aliud ẽ nomẽ qđ i
ponitur ƀm rõez idiuidualẽ vt petr⁹ et sic xp̃s
semper vocat⁹ est ihũs. Et ẽ aliud nomẽ qđ
ĩponit ƀm pprietatẽ vel aliquã virtutẽ excel
lentẽ vt liberalitatis. et sic liberalis vocatus
est alexander. fortis vocatur sampson hercu
les vel achilles. et isto modo xp̃us vocatus
est emanuel ,pter excellentiã et diuinã ppri
etatẽ quã hꝫ. qꝛ in eius supposito diuina na
tura pariter et humana simul cõiũgũt. Vnđ
emanuel interpretatur nobiscũ de⁹ quo noie
sepe vocauit cũ maria ipsũ vt verũ deũ et ho
minẽ adorando. et ita ĩpletur littera hebrai
ca que habet vt illa hebalma vocabit nomẽ
eius hemanuel. Super quo verbo dicit p̃di
ctus petr⁹ alfonsi vbi supra. et vocabis nom̃
eius hemanuel. In hoc quod ibidẽ legit vo
cabis. duo sunt notanda. s. ꝙ de⁹ sic appella
ri filiũ volebat. et ꝙ sine carnali patre virgo
foret puerũ paritura ,pter hoc eni ait voca
bis ac si diceret ipsa tantũ vocabit et non pa
ter. hec ille. Ad quartũ argumẽtũ qñ dicunt
iudei ꝙ ille fili⁹ erat ezechias fili⁹ achaꝫ. vel
ꝙ erat filius ysaie de quo in sequenti. c. dicit
ipse accessi ad prophetissam que concepit et
peperit filiũ et iste vel ezechias vocat⁹ ẽ ema
nuel. Dicẽdũ ꝙ pꝫ vtrũqꝫ manifeste eẽ falsũ.
Et primo de ezechia qꝛ vt patet ex quarto li
bro Regũ achaz regnauit per. xvi. ãnos i cu
ius quarto ãno dicta e[illegible] prophetia qñ icepit
regnare filius ei⁹ ezechias habebat. xxv. an
nos. Demptis ergo quatuoꝛ de regno p̃ris
sui in quorũ quarto dicta ẽ pphetia patet ꝙ
vsqꝫ ad tẽpus regni sui de regno patris non
transierũt nisi. xij. ãni. dẽptis igitur istis. xij
de. xvi. sequitur ꝙ quando dicta fuit pphe
tia ezechias iam habebat. xiij. annos. sequit
ergo ꝙ prophetia in eo verif[illegible] non potuit
quia iam erat natus. Patet secundo ꝙ non
potuit intelligi de filio ysaie ,pter illud qđ
in sequenti. c. dicitur. accessi ad prophetissaꝫ
propter duo. Primo quia de illo filio ysaie
qui secundum textum nomen eius fuit acce
lera velociter spolia detrahe cito predar̃ nec
de eius nomine. nec de eius vita. nec de eius
gestis aut morte vlla mentio fit in scriptu
ra secundum ergo Hyeronimon eadem faci
litate qua dicitur contemnitur. ¶ Secundo
quia non est verum ꝙ Isaias protunc acce
deret ad prophetissam vxorem suam vt ipsa
conciperet et pareret filium de quo intelli
gunt iudei. ¶ Et ratio est quia in textu pre
mittitur adhibui mihi duos testes fideles
Vriam sacerdotem et Zachariam filiũ ba
rachie. et statim sequitur accessi ad prophe
tissam que concepit et peperit filium. Mo
do dico iudeis duo. ¶ Primo ad quid pro
pheta inducebat istos testes: nunquid indi
gebat testibus in accedendo ad concubitum
prophetisse vxoris sue. istud est turpe dicere.
¶ Secundo peto ab eis qui fuerũt isti testes
fideles. non vrias qui fuit tempore Joachĩ
de quo Hiere. xxvi. Fuit vir prophetans in
nomine domini. vrias filius semey quia a
tempore achaz et ysaie vsqꝫ ad tempus Jo
achim vt patet in quo fuit iste propheta fue
runt plus ꝙ. c. anni. sicut patet per tem pora
per que regnauerunt reges. qui fuerunt i me
dio vt patet quartum librum Regũ discur
renti. ¶ Item alius testis fidelis Zachari
as filius barachie qui est. xi. de. xij. prophe
tis minoribus non erat adhuc natus. ipse fu
it secundo anno regni darij regis persarum
qui successit tyro. qui dedit licentiam iudeis
reedificandi templum et a tempore achaz et
ysaie vsqꝫ ad tempus darij fluxerunt plus
ꝙ ducenti anni. non ergo iste accessus ysaie
ad prophetissam nec de istis testibus aliqđ
continet veritatis. Quod ergo dicunt iudei
est veritas istius textus. O vtinam tollere
tur cecitas ab oculis vestris. ¶ Certe dico ꝙ
veritas istius prophetie est ꝙ deus spiritus
sanctus assumpsit istos duos testes supradi
ctos et accessit ad prophetissam id est ad vir
ginẽ mariã q̃ hũit spm̃ pphetie et cõcepit et
pepit filiũ ihm̃ xp̃m saluatorẽ nr̃m. nã quã

do dicitur i textu adhibui mihi duos testes et cetera. loquitur spiritussanctus per seipsum et non pphcta sicut eni loquit p prophetam sic pōt loqui per seipsum. Isti duo testes fideles quos deus spiritussanctus adhibuit fuerunt. Urias filius semey de quo dictū est q pphetauit multa mala contra ciuitatem que venerunt in captiuitate babylonica. Et zacharias filius barachie qui prophetauit multa bona spāliter de aduentu messie zacharie. ix. Exulta satis filia syon. ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator et cetera. Et qn dicitur q adhuc n̄ fuerūt nati sed futuri erūt Hic est dicēdū q nō obstat qz pteritū et futurū totū est deo presens. et ita loquitur de preterito et de futuro sicut de presenti et post pphetias istorum sequitur immediate in textu totum in persona dei et spūsancti et accessi ad prophetissam. i. virginem Mariā que pphetauit in cantico. Magnificat aīa mea dominū. Et cōcepit et peperit filium. ¶ Iste accessus fuit specialis et hoc per spiritū sanctum sicut dixit sibi angelus Luce. i. spiritus sanctus superueniet in te. ¶ Ad quītū et vltimū argumentū dicēdū q intelligitur d̄ sciencia humana. licet ei in xpo nō fuerit ignorantia tamē qz fact' ē hō i tēpore habuit sciētiam in tempore et anteq̄ illā haberet liberatio populi denunciata per ysaiam completa fuit. Cū igitur supra declaratū sit q ihūs nazarenus sit vere xp̄s. sequit q mater eius maria cōcepit eū et peperit virgo et per consequēs est sanctissima. nec iudei pn̄t dictaz auctoritatē negare qz nō solū accipit d̄ trāslatione hieronimi. sed etiā de trāslatiōe. lxx. interpretū qui fuerunt iudei. et in lege et prophetis peritissimi secūdū q dicit Josephus antiquitatis iudaice libro. xij. Habēt etiaz iudei tergū translationē chaldaicam cui contradicere nō possunt nec audent. qz istā prophetiam sic exponit. vnde vbi nos habem' hic et adhibui mihi testes fideles vriam sacerdotē et zachariā filiū barachie et accessi ad pphetissam etc̄. Illa trāslatō sic habet. et cōtestatus sum contestationes malas ex ptc mea quas dixi venturas in pphetia vrie sacerdotis eē futurū est quoq sic omnē cōsolationē quā dixi vēturā in pphetia zacharie filij barachie ego adducturus sum et accessi ad pphetissam et cōcepit et pepit etc̄. Item pōt declarari sanctitas virginitatis Marie ex secreto lemarhe. qz men clausa contra naturam suā est ibi posita in verbo multiplicabitur eius imperiū. vide supra lib. i. in apertione primi thesauri. Unde in libro qui dicitur sabath apud hebreos autēnce dicit men clausa verbū clausum significat. Idē autē psuadetur per illud quod habetur ysaie. xi. Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet. Hec auctoritas ad litteram intelligitur de christo vt supra ostensum est qui per florem intelligitur. quia sicut sine arboris corruptione flos ab ea egreditur. sic xp̄s. nasciturus ex matre absq virginitatis corruptione. Idem etiam persuadetur per hoc quod habetur ysaie. lxvi. anteq̄ parturiret peperit. parturire est dolorem partus sentire. Non autez dicitur de aliqua muliere q ipsa peperit absq dolore partus excepta domini nostri ihesu christi matre. ¶ Item hieremias. xxxix. dicitur nouum faciet domin' super terram femina circundabit virum. per hoc q dicit propheta nouum faciet domin' manifeste ostendit insolitam rem futuram a domino et alias inauditam quod fuit quādo virgo beata diuinitus concepit ihesuz virum sciētijs et virtutibus ab instanti sue cōceptionis perfectum et sic eum suo circūdedit vtero virginali. ¶ Quod etiaz ipsum pareret manente corrupta hoc non est nouum mulieribus. sed q ipsum pareret ipsa remanente clausa istud est nouum. Item hoc fuit figuratum Ezechielis. xliiij. et dixit dominus meus ad me. porta hec clausa erit et non aperietur. et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israhel ingressus est per eam eritq clausa. et hic est finis vers' in hebreo per hanc portam intelligitur virgo Maria per quam filius dei venit ad nos et exiuit deus et homo clausura virginitatis integra remanente. Item rabi barachias exponens illud Trenorum vltimo. pupilli facti sumus absq patre dicit q deus sanct' et benedictus ait israheli: vos dixistis coraz me pupilli facti sumus absq patre. Redemptor quē ego suscitabo vobis sine patre erit sez i terris. sicut ē sine matre in celis et sic p̄m eū appet virgitas mane mris xp̄i. Itē dn̄s Bonauētura quōdā eps alban. sup terciū sententiarum distinctione. iij. loquens de

sanctificatione marie dicit. Quidā iudei asse
rūt de ea ꝙ ꝗuis eēt pulcherrima a nullo vn
ꝗ hominū fuit ꝯcupita vñ aūt acceperit hoc
iudeorū dictū nescire se dicit. Nicolaus ď ly
ra. Sed non est verisimile ꝙ talis aut tant⁹
doctor posuerit istud in scripto suo nisi ha-
buerit ab aliquo loco autentico. Ratio autē
quare virgo beata nō fuit ꝯcupita ab homi
nib⁹ pōt assignari. qꝛ dispositio mētis mag[na]
relucet in facie ꝗ in ceteris alijs ptib⁹ ꝓpter
quod ex plenitudine gratie existentis in eius
mente fiebat quedā refulgentia in eius facie
que in hoīb⁹ ipsam intuentib⁹ ꝯcupiscentiā
nō excitabat sed magis eā reprimebat et hoc
modo de amabilitate sancti Sebastiani di-
citur. Necesse eni erat vt quē de⁹ tanta ꝑfude
rat grā ab oīb⁹ amaret. Consequenter decla
ratur sanctitas virginis marie ꝑ scripturas
sarracenorum ꝓpter maiorē ꝯfusionē iude
orū. dicitur eñ in alchorano machometi. Di-
xerūt angeli. O maria deus vtiqꝫ elegit te et
purificauit te et elegit te clarā super mulieres
seculorū. Itē ibidē. O maria de⁹ āñūciat ti
bi verbū ex ipso. nomen eius ihūs fili⁹ ma-
rie. et erit honorabilis in hoc seculo et in fu-
turo. Item ibidē dixit ipsa. deus me⁹ quō
erit mihi filius et non tetigit me homo. Di-
xit sic deus creat quod vult cū decreuerit vti
qꝫ aliquid. dicat ei esto et erit. Itē in libro al-
hokam qui ē autētic⁹ apud eos dicit ēpho-
rana socius machometi ꝙ audiuit nunciū
dei dicētem nullus de filijs adā nascat̄ quē
non tangat sathan preter mariam et filiū ei⁹
per nūciū aūt dei intelligit machometū. iteꝫ
dicit ebumusse ꝓphetā. i. machometū dicis-
se multi ꝑfecti fuerūt in hoīb⁹. nulla autē in
mulieribus fuit ꝑfecta nisi mater ihū. Has
aūt scripturas sarracenorū induxi quia secū-
dū apostolū oportet sanctos habere testimo-
niū ab his qui foris sunt. Patet igitur ꝙ iu
de⁹ in miore sui argumēti accipit falsum scꝫ
ꝙ in genealogia saluatoris nō ponitur aliq̄
mulier sancta. cui⁹ opiniōis videt̄ fuisse Hie
ronimus sup Matheū dicēs. Notādū ī ge-
nealogia saluatoris nullā sanctarū mulierū
assumi sed eas quas scriptura reprehendit
qui ꝓpter peccatores venerat de peccatrib⁹
nascēs oim peccata deleret. Sed istud dictū
nō placet Nicolao de lyra propter duo. prio
qꝛ vt dictū est in genealogia saluatoris po
nitur maria sanctarū sanctissima. Secundo
quia ex eadē ratione ibidē arguit Hyeroni-
mus ad oppositum. s. ꝙ ꝓpter peccatū atha
lie filie impiissime iesabelis que erat ydola-
tra et ad ydolatriā traxit Joathan maritum
suū filius ab horū ochozias et nepos Joas
et ꝓnepos amasias tolluntur a genealogia
saluatoris.

Contendit iudeus probare ꝙ ihūs non
est verus messias quia non est filius dauid
siue de genere dauid.

Quartum argumentum iudeorum
ex euāgelio est in primo. c. Math:
ponitur genealogia xp̄i quē asserunt xp̄iani
esse verum messiam ex eadem arguitur ꝙ ip
se non est messias in lege promissus: sic.
Uerus messias debet eē filius dauid siue ď
genere dauid sed ihesus nazarenus non est
filius dauid ď genere eius. ergo ipse non est
messias promissus. Maior est ꝯcessa ab oī
b⁹ tam iudeis ꝗ xp̄ianis. minor ꝓbat̄ quia
si ihūs nazaren⁹ descenderet de dauid secun
dū carnē in eius genealogia poneretur. Cō-
stat aūt ꝙ nihil tale ibi est qꝛ in fine genea-
logie dicitur iacob aūt genuit Joseph virū
marie de qua natus est xp̄s etc. Nūquid xp̄s
est ex semine ioseph natus vt dicat̄ de gene-
re dauid. sicut et ioseph. Et pꝫ ꝙ xp̄iani hoc
non concedunt. ergo non habent ex predic-
ta genealogia ꝙ ipse sit de genere dauid.
Si forte dicat christianus ꝙ descendit per
mariam que est de genere dauid hoc non ha
betur ex textu quia non ponitur ibi quis ei⁹
fuit pater vel mater. ergo nullo modo ihūs
nazarenus dicendus est filius dauid et con
sequenter ipse non est messias. Responde-
tur fm Hyero. in glo. ꝙ non est consuetudo
scripturarum vt ordo mulierū in generatio-
nibus texatur. Et ideo non per mariam sed
per Joseph inducitur cum de vna tribu Jo-
seph et maria fuerunt: vnde et eam quasi ꝓ
pinquam cogebatur accipere. ne vna tribus se
in aliam confunderet. vnde Numeri. xxxvi.
omnes viri ducunt vxores de tribu et cogna
tione sua et cuncte femine maritos de eadē
tribu accipient vt hereditas permaneat in fa
milijs. Sꝫ cōtra hoc Exod. vi. accepit aarō
sororē naazon filiā aminadab. s. elizabeth
in vxorē de qua cōstat ꝙ erat de tribu iuda

Solutio sola illa mulier nubere non potuit viro de alia tribu ad quā deueniebat heredītas pr̄is vel parētū. Vn̄ cū ipsi elizabeth nō deueniret hereditas pr̄is qꝛ hēbat fratres priores sc. ideo bene potuit nubere viro de alia tribu. sed qꝛ maria nō habuit fratres vel sorores priores se qꝛ fuit vnica ioachim pr̄i suo ideo ad eā deuenit hereditas. Unde habuit necesse ſm legē nubere viro de cognatione sua. et qꝛ ioseph fuit de tribu iuda et ꝓgenie dauid vt patet in genealogia ascendendo. Sequitur ergo ꝙ virgo maria de q̄ natus est ihūs qui vocat̄ xp̄s fuit de eadē tribu et progenie. Sed qꝛ ex rege dauid duo pullularūt rami tanꝙ̄ ex radice. s. Salomō et natban. Est dubium inter doctos a quo illorū virgo maria descēdat ſm carnē. et sūt nōnulli doctores dicētes ꝙ hec virgo descē dit ex rege salomone ſm carnē. et ex natā secūdū legē cuius opinionis est Nicolaus de lyra. Luce. iij. Sed hec opinio videt̄ eē p̄rio cōtra prophetas. Nā hieremias ꝓpheta loquēs de yechonia per quē venit linea a salomonis. ait. scribe virū istū sterilē qui in diebus suis non prosperabit̄ nec erit de semine eius vir qui sedeat super soliū dauid. et ptātē habeat vltra in iuda. hiere. xxij. Si ergo hec virgo descendit per salomonē et yechoniam vt dicit illa opinio. seqtur ꝙ xp̄s filius virginis non sedit super soliū dauid. et super regnū eius. Contra ꝓphetā in ca. sequēti. Et ysaie. ix. c. nec valet dicere ꝙ ꝓpheta intelligit non erit qui sedeat seculari honore. xp̄us autē nō sic sederat. qꝛ supra ca. eodē dicit dominꝰ p ꝓphetā. Uiuo ego qꝛ si fuerit yechonias filius Joachim regis iuda anulus in manu dextera mea inde euellā eū et loquit̄ de ipso et de semine suo. Vn̄ patet ꝙ nō solū loquitur de temporali ptāte sed etiā de illa qua xp̄s sedere habuit ad dexterā patris. Itē non est verisimile qꝛ deus tā cōfusibiliter repelleret eū et semē suū ab honore tēporali et a minori gradu et cōsequenter constitueret ipsum in semie suo i maiori gradu. s. xp̄i. Secūdo hec opinio videt̄ eē contra apostolū qꝛ nathā frater salomōis regis nō fuit filius naturalis regis dauid sed adoptiuus Luce. iij. Cū ergo ab illo nathā descendat hec virgo ſm carnē vt notat affricanꝰ scribēs ad aristidē et Eusebius libro primo ecclesiastice hystorie. c. vij. et damascenꝰ in sentētijs suis. li. iiij. c. vi. Sequit̄ ꝙ xp̄s nō est ex semine dauid ſm carnē contra apostolū. i. ca. ad romanos. qui factus est ei ex semine dauid ſm carnē. Respōdendū ergo ſm illum natū doctorē magistrū iohānē vitalis in sermone natiuitatis btē virgis qui incipit. O pulcherrima inter mulieres ꝙ hec sacra virgo venit ex nathā ſm carnē qui fuit filiꝰ naturalis dauid. non quidē de bersabee vt illi estimāt sed de principali vxore dauid. s. michol: binomia egla dicta filia saulis que genuit dauid yetruā binomiū qꝛ et nathan de hoc. ij. Reg. iij. cū notatus per Josephū libro antiquitatis iudaice et per dictū Nicolaum de lyra qꝛ nathan fuit melior salomone natura et vita qꝛ de principali vxore et vt opinatur p̄dictꝰ doctor renūciauit iuri regni ratione eximie sanctitatis ex quo nathā filio dauid. xxxviij. pullularunt plāte vsqꝫ ad auos sancti Joachim patris virgis. Nā Mathan frater aui eius. qui et melchi dictus ē genuit heli qui ioseph ſm legē. Luce. iij. et hic habuit fratrē pantherā qui genuit barpātherā qui sanctū Joachiꝫ ſm carnē teste damasceno vbi supra. et sic sanctꝰ Joachim pater huius virgis et sanctus Joseph sponsus eius fuerunt ſm legē secundi primorum filij et sic patet genealogia non solum ioseph ex progenie dauid sed etiam virginis gloriose per nathan ex principali vxore dauid scꝫ michol.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ ihesus nō est verus messias quia fuit peccator ex hoc ꝙ fuit baptizatus.

Quintum argumentum iudeorum ex euangelio est ad probādum ꝙ christus habuit peccatum: vel ꝙ eius baptismus fuit frustra arguit iudeus sic In euangelio Mathei. iij. capitulo dicitur: ꝙ venit ihesus a galilea in iordanem ad Johannem vt baptizaretur ab eo. ex hoc arguitur sic. Christiani dicunt ꝙ baptismus ē ablutiō peccatorū. cū ergo ihs nazarenꝰ fuit baptizatꝰ ergo hūit peccata abluēda quod ipi negāt. aut ille baptismꝰ fuit frustra. rn̄det̄ ꝙ baptismꝰ xp̄i ē ablutio peccatorū. nō autē baptismꝰ Johānis sicut ipse Johānes dicit

TRicesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annū dñi octingentesimūdecimū tēpore supradicti regis alfonsi casti. Tunc duo exercitus sarracenorum intrauerunt galeciam dux vnius exercitus dicebat abobales dux vero alterius meldi. Sed sicut ipsi intrauerunt animose sic fuerunt expulsi viriliter quia potestas predicti regis alfonsi casti pugnauit cū eis victiq; sunt sarraceni et multi eorū mortui. Alij vero fugierunt sed christiani insequentes eos occiderunt vnum ducem eorum in loco qui dicitur naron. Alterū vero ducem perimerunt in flumine qui dicitur ccpba.

¶ Vincunt christiani et perimitur ores rex meride per regem alfonsum.

TRicesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimovndecimo. Tūc enim rex ores meride congregauit magnū exercitum et venit vt percurreret terraz regis alfonsi fixitq; sua tentoria super benauentū quod cū sciuit predictus rex alfonsus cast⁹ venit sceleriter cōtra eum bellauitq; cum eo et occidit eum plurimiq; de exercitu sarracenorum ibi perierunt. In quo bello ostensa est fortitudo bernardi filij comitis sauxij didaci quia multos ex sarracenis perimit

¶ Vincunt christiani et occiditur rex badayos per regem alfonsum castum:

TRicesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimoduodecimo. Tunc altaman rex pasensis que vulgariter dicitur badayos congregato magno exercitu venit super samorā et obsedit eam. Rex autem alfonsus castus predictus preparauit se potentissime et venit contra eum bellauitq; cum eo et occidit eum ac plurimos sarracenos cū eo et q̄ potuerunt euadere fugierunt sed rex alfonsus insecutus est fugiētes viriliter et multos eoruz interfecit sic quod paucissimi fuerunt qui euadere per fugam potuerunt

¶ Vincunt christiani et perimuntur vltra xij. milia sarracenorum per regem alfonsuz castum.

TRicesimumsextum belluz inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingētesimotredecimo Tunc intrauit vnus magnus exercitus sarracenorum in terram supradicti regis alfonsi casti. Et cū sarraceni gloriarentur in multitudine sua diuisi fuerunt in duas partes quarum vna iuit contra locū illum vbi erat predictus rex alfonsus Cum ergo sciuit rex alfonsus castus audacter iuit contra poluezeran. Altera vero contra eos cum exercitu suo et fecit similiter duas partes sui exercit⁹ et cum vna misit bernardum de quo supra diximus contra illos sarracenos qui ibant versus poluczeram. et ipse iuit cum altera pte contra alios venientes ad se. Bernardus vero inuenit se cum parte sua et habuit pliū magnum cum illis sarracenis in loco qui dicitur valdemoro qui est in fontana portugalie et deuicit eos et plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonsus inuenit se cum altera parte que ibat contra eum et pugnauit cum illis prope flumen de ornesio et interfecit ibi. xij. milia sarracenorum et deinde insequens eos tot fuerunt occisi quod paucissimi euaserunt. et tunc rex alfonsus redijt de illo bello ditissimus ex spolijs sarracenorum

¶ Vincunt christiani et perimitur proditor machometus et castrum sancte cristine capitur per regem alfonsum castum.

TRicesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimodecimooctauo. Tunc sarracenus quidam nomine machometus qui cum multitudine magna sarracenorum venerat de merida ad regez alfonsuz

vt viueret cum eo predictus rex benigne eu3 recepit in vasallum et iurauit illi sarracenus q pro semper esset fidelis regi alfonso propter quod pdictus rex precepit q habitaret cū multitudine sua in galecia. Sed qz predict' sarracenus erat proditor sicut bellauit cōtra abdarramen filiu3 albarēramoli regis cordubeñ. et videns q non poterat cum occidere ex timore cōcepto venit ad predictum regē alfonsum sic trāsactis duob' annis post q fuit in galecia assumpsit eu3 diabolus et eleuatus in superbiam voluit similiter facere proditionem contra regem alfonsu3 qp ob rem congregauit magnum exercitum sarracenorum et incepit percurrere et destruere totam terram. q cum rex alfonsus castus cognouit congregato exercitu suo venit super illum sarracenum et licet ipse nimium confideret in multitudie militie sue quādo sciuit q rex alfonsus veniebat super eum pdidit cor et concepto grandi timore eleuauit se cu3 suis in quodam castro quod dicitur sancta xpiana et rex alfonsus obsedit eum ibidem et fecit fieri multas foueas circūquaq3 et perforauerunt castru3 in multis locis. Cū ergo ille sarracenus vidit q tantum angustiabātur et q nihil aliud restabat sibi nisi mors cum multitudine sarracenorum haberet resumpto corde exiuit extra castrum et pugnauit cum rege alfonso sed in fine fuit victus sarracenus ille cu3 omnibus suis et ipse fuit captus et caput eius abscisum est. Qu3 et rex statim castrum illum cepit et mortui sunt in bello illo vltra .l. milia sarracenorum et plures eorum deducit captiuos. Et sic reuers' est rex alfonsus onustum magnis cum diuitijs et honore. Predictus rex alfonsus cast' regnauit .xli. annis et mortuus est Successit ei in regno Ramirus primus filius regis bermudi.

¶ Vincunt christiani et capitur iterum ciuitas barchinone

TRicesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimodecimonono Tunc multitudo christianorum venit super ciuitatem barchinone quam ceperant sarraceni. Post q karolus magnus ipsam conqstauit. Cum ergo predicta multitudo christianorum venit obsedit ciuitate3 et post multa certamina capta ē ciuitas a christianis et tota terra circūquaq3. mortuiq3 sunt ibi plurimi sarraceni. Albaca vero amiramamolum cum exiuit congregauit exercitum suu3 vt veniret ad recuperandum terram perditā et cum se prepararet ad viam percussus est quadam infirmitate de qua mortuus est et sic cessauit tempestas illa.

¶ Vincunt christiani occisis .lxx. milibus sarracenorum.

TRicesimumnonum bellu3 inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimovicesimosecūdo imperante Ludouico karoli magni filio et sedente in cathedra petri Eugenio papa. Ac regnante in regno legiōis ramiro rege filio regis Barremudi. Hic autem rex ramirus successit in regno regi alfonso casto et eius p cepto in morte. Cum ergo audierunt sarraceni q iste regnabat miserunt sibi nuncios q si volebat habere pacem et amorem cum eis q daret eis quolibet anno centum domicellas christianas quibus matrimonio copularentur sicut fecerat oli3 rex mauregatus et q quinquaginta illarum essent filie nobilium. Alie vero quinquaginta filie ciuium et burgensium quam ambasiatam cū rex ramirus audiuit non modicum displicuit sibi quia rem tāinhonestam et excomitam sibi nunciabant et propterea congregauit statim magnum exercitum et fuit ad percurrendum subito terram sarracenorum peruenitq3 vsq3 ad nagaram destruendo et cōburendo villas et castra et quicquid inueniebat q cum peruenit ad noticiam sarracenorum congregati sunt omnes simul in vnum contra eū quasi innumerabiles et habuerūt prelium cu3 eo in quodam loco qui dicitur alnella et christiani fuerunt in bello illo q̄si victi et retro cesserunt paulatim retrahendo se a sarracenis quousq3 peruenerunt ad collem vnu3 qui dicitur clanno et nox tenebrosa cepit eos ibi propter quod diuisi fuerunt exercitus abinuicem. Cum ergo christiani essent congregati in colle illo multis lachrimis orationes fundebant ad deū ne eos relinqueret sed succurreret et iuuaret contra illos inimicos suos permanentib' ergo illis in orationibus assiduis vt dictum est. Rex ramiru' sono grauat' obdormiuit et in sono illo apparuit ei apostol' iacob' dixitq3 sibi

Scias rex ramire quod cum dominus noster ihesus christus diuisit omnibus fratribus meis apostolis omnes terre prouincias mihi soli dedit in custodiam totam hyspaniam vt eam custodirem a manibus inimicorum fidei et postquam hec dixit sibi appropinquauit eidem et accepit eum per manum dixitque ei sis fortis animo et bene firmus quia ego sum apostolus christi iacobus et scias quod venio ad te iuuandum contra inimicos tuos et in veritate certitudinaliter scias quod deuinces eos cum adiutorio dei. Dico etiam tibi quod multi de tuis quibus preparata est eterna quies recipient ibi mortem et vt in nullo istorum que tibi dico dubites videbis me tu in bello ambulantem in equo albo magnum vexillum gestantem. tu ergo statim cum omnibus tuis valde mane confitebimini de omnibus peccatis vestris et recipiatis corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi quo postquam feceritis in nullo dubitetis intrare prelium barbarorum vulnerando illos et inuocando nomen dei et meum quia certitudinaliter scies quod omnes deuinces quibus dictis apostolus dei disparuit ante eum. ¶ Rex autem raminis excitatus a somno surrexit precepit quod vocarentur episcopi et abbates et omnes alij nobiles sui palacij qui in campo erant et narrauit eis omnia que viderat et audiuerat que ei dixerat apostolus iacobus perceptis ergo diuinis sacramentis ingressi sunt prelium in dei nomine et apostoli iacobi ante se et statim cum ingrederentur prelium apparuit eis apostolus iacobus sicut promiserat confortans eos ad bellum sed et ipse terribiliter percutiebat sarracenos. christiani autem cum viderunt apostolum iacobum eos confortantem et magnam cedem in sarracenos facientem irruerunt viribus viriliter in hostes confidentes in adiutorio dei et apostoli iacobi magnis vocibus acclamantes et dicentes deus adiuua et sancte iacobe et statim sarraceni fuerunt victi et mortui sunt ex eis septem milia et qui euadere potuerunt per fugam liberati sunt. Tunc cepit rex ramirus calaguram et plura alia castra et deinde rediit legionem diues et honoratus et ex illo die habuerunt christiani in consuetudine cum ingrediuntur bella cum sarracenis inuocare dicendo deus adiuua et sancte iacobe. et tempore istius regis incepit ordo sancti Jacobi. Unde sarracenis insecuta est infelicitas ex illo etiam tunc nunquam fuerunt ausi petere a christianis redditus neque panas domicellarum cum nimium opprimeret eos predictus rex ramirus in fortitudine dei et apostoli iacobi. Predictus rex ramirus fuit mitis et pius bonis. sed terribilis et fortis malis quia latronibus extrahebat oculos diuinatores et incantatores ignibus comburebat

¶ Uincunt christiani solutis septuaginta nauibus igne.

Quadragesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo vicesimo quarto. imperante predicto Ludouico et sedente in cathedra petri valentino papa. Tunc applicuerunt ad portum galetie normanni qui erant gentes crudelissime et pagane neque umquam fuerunt vise in terra illa. Et venerunt ibi in multitudine magna non solum hominum sed etiam nauium. quod cum predictus rex ramirus audiuit statim congregato suo exercitu iuit illuc contra eos et pugnauit cum eis in loco qui dicitur delpharo. Sed licet normanni essent gentes aspere et fortes victi tamen fuerunt et multi ibi perierunt et qui euadere potuerunt per mare fugierunt et perdiderunt ibi. lxx. naues quas ignibus concremauit rex ramirus. Lucratique sunt ibi christiani magnas diuitias et reuersus est predictus rex in ciuitatem legionensem cum magnis diuitijs et honore Regnauit autem sex annis et mortuus est feliciter ac sepultus est in ciuitate ouetensi. et successit ei in regno ordoneus eius primus filius.

¶ Uincunt christiani occisa plurima sarracenorum multitudine.

Quadragesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo vicesimo sexto imperante supradicto Ludouico et sedente in cathedra petri gregorio. iiij. ac regnante in regno legionis ordoneo supradicti regis ramiri filio. Cum predictus rex rediret de vasconia que rebellauerat in principio regni sui et post occasionem plurium illorum illam subiugasset nunciatum est ei quomodo magnus exercitus

sarracenorum veniebat contra eum quo audito animose venit contra eos pugnavitque cum eis et devicit eos plurimis eorum trucidatis reliqui vero fugierunt et reversus est cum victoria et honore ac cum plurimis divitijs et multitudine captivorum. Iste rex fuit mitis et pius excelator iustitie et populavit multas civitates ex quibus rex alfonsus cast. expulerat sarracenos et que remanserunt deserte.

¶ Vincunt christiani captis duobus ducibus sarracenorum.

Quadragesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingentesimo vicesimoseptimo. Tunc enim dux quidam saracenus nomine muca ab eucatin cum multitudine magna venit in cathaloniam ubi fecit plurima damna deinde transivit in provinciam et franciam percurrens et destruens quicquid invenire poterat ubi plurimos christianos in bello occidit et cepit duos christianorum duces quorum unus dicebatur sancius alius vero petrum et oneratos ferro carceribus mancipavit.

¶ Vincunt christiani peremptis innumerabilibus sarracenis.

Quadragesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimovicesimonono. Tunc predictus muca sarracenus elevatus in superbiam cum exercitu magno venit ut percurreret terram regis ordonei predicti et cepit unum locum qui dicebatur albaida et circumdedit eam muro forti et turribus plurimis quod cum scivit predictus rex ordoneus congregato exercitu suo venit velociter et obsedit predictum castrum tunc predictus muca non erat ibi sed statim cum audivit quod venerat rex ordoneus et obsederat castrum albaide venit cum quo potuit ut succurreret castro et cum pervenit ad montem qui dicitur gardusio fixit ibi tentoria sua. Rex autem ordoneus cum cognovit hec divisit exercitum suum in duas partes quarum unam dimisit in obsidione castri et cum altera occurrit predicto muce sarraceno. bellavitque cum eo et perempti sunt ibi gladio christianorum plus duodecim milia de militibus sarracenorum exceptis peditibus quorum cedes fuit quasi innumerabilis mortuus est etiam ibi quidam gener muce qui dicebatur dan. Sed et ipse muca tribus vulneribus lancearum percussus cum paucis que remanserunt fugit a bello dimisit in bello quecumque habebat collegerunt ergo christiani spolia campi et invenerunt divitias ultra modum et regressi sunt cum rege ordoneo in castrum. Et post septem dies cepit ipsum et interfecit omnes sarracenos quos intus invenit et captivabat mulieres cum parvulis earum. Destruxitque castrum usque ad fundamentum et reversus est in terram suam cum divitijs et honore. Cum predicta que acciderant muce cognovit quidam eius filius cuius nomen erat lupus qui presidebat toleti timore magno percussus cepit quecumque habebat et venit ad regem ordoneum factusque est eius vasallus qui postea pro regis ordonei servitio multa bella contra sarracenos superavit semper victor existens.

¶ Vincunt christiani occiso rege Corie sarraceno.

Quadragesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingentesimotricesimo. Tunc enim predictus rex ordoneus produxit exercitum suum magnum et ivit ad percurrendum terram sarracenorum que dicitur gesie et coria. Rex autem sarracenus predicte ville que dicebatur seijth exivit contra eum et commissum est durum bellum nimis sed finaliter victus fuit rex sarracenus et mortuus ibidem cum multitudine sarracenorum et rex ordoneus cepit tunc villam et invenit intus multitudinem sarracenorum cum mulieribus et filijs quos omnes deduxit captivos et munivit villam illam ac dimisit in fideli custodia.

¶ Vincunt christiani et capitur civitas salamantina a rege ordoneo

Quadragesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit eodem supradicto anno quia cum supradictus rex ordoneus rediret de predicto bello victoria

babita venit cum exercitu suo super villa sarracenum qui dicebatur mosseios et dicebat se regem salamantinum babitum bellum cum eo et victus est rex sarracenus cum omnibus suis et cum cede plurima sarracenorum et tunc rex ordoneus ingressus est ciuitatem et captiuabat sarracenos plurimos cum mulieribus et paruulis quos intus inuenit et reuersus est ad legionem cum magnis diuitijs et honore

Vincunt sarraceni et occiduntur prope tum octo milia christianorum.

Quadragesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimotricesimoquinto. Tunc sarraceni ciuitatis toleti audientes quod abdarramen amiramamolim hyspanie erat mortuus qui reliquerat xv. filios et xij. filias et quod machometus eius filius regnabat pro eo rebellati sunt et miserunt veloces nuncios predicto regi ordoneo quod daret eis adiutorium contra eum rex autem ordoneus noluit ire illuc in persona sed misit eis vnum filium suum cum magno exercitu asturiorum et nauarrorum. Cum autem predictus machometus hoc sciuit preparauit se cum multitudine graui et venit super toletum posuit quod insidias in quodam torrente qui dicitur tolete et ipse cum paucis venit contra ciuitatem. Speculatores autem qui erant extra ciuitatem cum viderent eum venientem cum paucis gentibus cogitauerunt quod non erant plures et notificauerunt existentibus in ciuitate christiani ergo et sarraceni toletani venerunt contra eum et commisso prelio exierunt illi qui erant in insidijs et mortui sunt de christianis octo milia de toletanis vero xij. milia. Sed et pro memoria illius victorie canis ille machometus fecit amputari plurima capita illorum et transmisit illa cordubam et in maritimas partes et in affricam. Predictus autem rex ordoneus regnauit x. annis et mortuus est ex quadam infirmitate que dicitur podagra in oueto et sepultus est. successit ei in regno filius alfonsus tercius.

Vincunt sarraceni et capitur Roma et magna pars tuscie a soldano babilonie deuastatur.

Quadragesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa mortem predicti Gregorij pape. iiij. qui fuit secundum quosdam hystoriographos anno domini octingentesimotricesimooctauo. His temporibus portentum singulare apparuit primo in signo virginis et ab illo signo in signum leonis cancri geminorum et tauri cucurrit ibique se figens globus igneus comete lunarem ... deposuit. imperator quoque ista diligenter examinans cum egmardo philosopho consulit sed eiusdem portenti effectum exprimere noluit. Tunc imperator subiunxit quod regni mutationem principis mortem portendebat. Tunc egmardus ad confortationem principis prophete testimonium introduxit dicens. a signis celi nolite metuere que gentes pauent. et ait imperator non aliud timere debemus nisi illum qui nostri et huius creator est sideris sed eius clementiam laudare tenemur qui nostram inertiam talibus amonere dignatur indicijs. qui ergo talia portenta cum apparent omnibus communiter tangunt. Ideo omnes pro posse ad meliora festinare debemus vt misericordiam in illo dominante consequi valeamus. Et licet tunc impressio illa imperatorem non tetigerit tetigit tamen totum statum ecclesie ex aduentu sarracenorum ad partes romanas. quia tunc quidam federati christiani miserunt ad soldanum babylonie vt veniret romam asserentes quod leuiter possit totam ytaliam possidere. Tanta igitur sarracenorum multitudo superueniens intrauit ytaliam vt totam superficiem terre quasi locuste viderentur implere ac per portam cenrellensem intrans viribus armorum romam cepit ciuitasque leonina expoliatur omnino et ecclesia sancti petri stabulum equorum efficitur et non solum per sarracenos roma tunc capta fuit sed et magna pars tuscie deuastatur.

Vincunt christiani et expelluntur a Roma et tuscia sarraceni.

Quadragesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit statim post predicta. Nam ad petitionem pape Gregorij quarti supradicti Guido marchio lombardie cum lombardis et

ludouicus rex frācorū cū gallicis veniētes post plurima bella sarracenos cum multa effusiōe sanguis a roma et tota illa terra fugauerunt quia dictus gregorius papa et ludouicus imperator quasi eodem tempore decesserunt. Ideo sunt notanda que circa finem vtriusq contigerunt. Unde appropinquantibus ad mortem fuit maxima solis eclipsis tantum q fuit obscuratus aer et tenebrat' sicut de nocte ita q sydera apparebāt. Item luna sic recessit a sole q lumen recipe videbatur sicut in nouilunio. Post hec egritudo imperatorem grauiter inuasit qui statī prouide de imperio et regni et anime sue saluti disposuit et ecclesiastica sacramēta suscepit multaq cum deuotione migrauit ad xpm. et Gregorius papa quasi in eodem tēpore diem clausit extremū. hec ex hystoria collecta fratris iohannis de padua.

¶ Uincūt xpiani occisa sarracenor magna multitudine. Et ecclesia sācti Jacobi edificatur per regem alfonsum magnum ex lapidibus muro forti.

Quadragesimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingētesimotricesimonono imperante lotario filio supradicti imperatoris ludouici et sedente in cathedra petri Sergio papa. ij. Ac regnante in regno legionis rege alfonso. iij. qui fuit dictus magnus. Iste fuit filius supradicti regis ordonij de quo sup gloriosa bella narrata sunt. Et fuit rex pijssimus elemosinis clarus ipse fecit ecclesiam sancti Jacobi ex lapidibus muro et forti opere fabricata. quia primo erat de terra eo ergo tēpore predictus rex alfonsus magnus congregauit exercitum suum ex puincialibus et gasconib' et nauarrijs venit cōtra terram sarracenorum confregit et destruxit quecunq inuenit et cepit per vim villam quandam que dicebatur tunc leijcia quam ignibus concremauit et occidit omnes sarracenos quos ibi inuenit. et reuersus est ouetum magnis cum diuitijs et honore.

¶ Uincunt xpiani peremptis pluribus sarracenis per regem alfonsum.

Quinquagesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit sequenti anno scilicet octingentesimoquadragesimo. Tunc magnus exercitus sarracenorū regis toleti venit ad percurrendum et destruendum terram regis alfonsi magni Cum ergo predictus rex sciuit venitcum exercitu suo contra eos et bellauit cum eis in littore fluminis dolei victiq fuerunt sarraceni et perdiderunt ibi omnia que portauerant ac mortui sunt ex sarracenis quingenti. xl. Alij vero terga sunt dare coacti. Sed et rex alfons' secut' est eos viriliter et occidit multos ex eis ac captiuauit reuersusq est ouetū cū magnis diuitijs et honore. ¶ In predicto bello fuit strenuissimus miles Bernardus delcarpio de quo supra mentio facta est cōsobrinus regis alfonsi casti multas enim cedes in sarracenos fecit nō solū zelo fidei sz desiderio liberandi patrem suum comitem ditatum sancta de quo supradictum est quez rex alfonsus castus in carceribus posuerat: quia sine scitu sui acceperat in vxorem sororem suam de qua predictum est bernardum habuit sed licz propter hoc rebellauerit regi predicto et vt debellaret regez fecisset castrū illud quod dicitur delcarpio prope salamāticam et aluam de tormes tamen nunq potuit ipsum videre nisi mortuum dato castro regi cogitans ipsum recipere viuum vt plene continetur in generali hystoria hyspanie.

¶ Hoc bello vincunt christiani sub Bernardo delcarpio. Et capitur balbastrum cū alijs locis.

Quinquagesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus. ¶ Nam cū supradictus bernardus delcarpio tradidit supradictum castrum regi et vidit patrē suū mortuum: fuit a rege alfonso magno expulsus a regno suo, et venit in regnum francie sed cum in curia regis francie non fuisset receptus sicut ipse optauerat reuersus est versus hyspaniam. et tunc habuit cum sarracēnis tria magna prelia et semper fuit victoriosus occidit enim plurimos eor et habuit et spolijs inumeras diuitias cū quib' postea

conquisiuit et illo loco vbi predicta prelia habuit vsque barbegal et lucratus est barbastrum et segorbe et montem album.

Vincunt christiani sub rege alfonso et liberatur coymbra ab obsidione sarracenorum

Quinquagesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimoquinquagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus magnus congregato exercitu suo iuit ad succurrendum coymbram quam tenebant sarraceni obsessam et pugnauit cum eis et deuicit eos cepitque eam et posuit sub dominio suo et persecutus est sarracenos peracurrens plures alias ciuitates.

Vincunt christiani sub rege alfonso magno et pro munitione patrie edificatur castrum magnum

Quinquagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimosexagesimo, imperante ludouico fratre supradicti lotarij imperatoris. et sedente in cathedra petri Nicolao papa primo. Tunc supradictus rex alfonsus magnus congregato exercitu magno christianorum iuit ad peracurrendam terram toleti et cremauit ac destruxit quecumque inuenire potuit. prostrauitque multa castra et fortalitia que sarraceni possidebant et captiuauit plurimos sarracenos quod videntes sarraceni timore magno perculsi miserunt et nuncios suos nunciantes eidem quod sibi darent tributum si concederet eis pacem. Rex autem alfonsus concessit eis treugas per tres annos et reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore Sed cum reuerteretur cepit vnum castrum quod tenebant sarraceni quod dicebatur quinqualubel Istud castrum non intrauerat in treugam et occidit ibi multos sarracenos et post hoc fecit vnum castrum magnum in maritimis asturiarum pro defensione illius terre ne nauigantes inimici illam destruerent et nomen illius castri dicitur gozdon. Et intra castrum fecit vnam ecclesiam sub nomine sancti saluatoris quam fecit consecrari a duobus archiepiscopis et vno episcopo quam multis donis decorauit specialiter dedit illi ecclesie quandam crucem de puro auro ornatam pluribus lapidibus quam ipse mandauerat fieri. Fecit etiam in ecclesia sancti iacobi quandam capellam mire pulcritudinis et dotauit predictam ecclesiam pluriumis hereditatibus ac ornauit illam auro et argento necnon ornamentis et lapidibus preciosis. Fecit etiam iste gloriosus rex alfonsus super corpora sanctorum facundi et primitiui. ecclesiam mire magnitudinis et pulchritudinis. circa littus cey quam etiam dotauit et honorauit multis necessarijs.

Vincunt christiani per regem alfonsum magnum in senectute sua.

Quinquagesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini octuagesimumsecundum. Cum enim predictus rex alfonsus magnus xlvi. annis regnasset reliquit regnum et dedit illud filio suo garchie et peregrinatus est in sanctum iacobum et cum reuerteretur rogauit filium suum regem garchiam quod traderet sibi gentes cum quibus adhuc semel vel bis posset ire contra sarracenos in senectute sua quod rex garchias concessit eidem. Iuit ergo cum exercitu magno et cremauit et depredatus est et destruxit magnam terram sarracenorum et reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum et multis diuitijs et honore. Post hoc venit samoram vbi de infirmitate sua gloriose finiuit et sepultus est in ecclesia sancte Marie ciuitatis oueti cum vxore sua regina domina xymena.

Christiani per regem Garchiam vincunt capto ayolas rege sarracenorum.

Quinquagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini octingentesimum octuagesimumtercium. Cum enim predictus rex garchias post mortem patris regnaret in primo anno regni sui congregauit magnum exercitum suum et iuit ad peracurrendam terram sarracenorum confregitque multas villas et cremauit eas prostrauitque multa castra et pugnauit cum quodam sarracenorum rege qui dicebatur ayolas et deuictu bello cepit illum regem et reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum ac

cum magnis diuitijs et honore sed cum re-
uerteretur ex culpa illoꝝ qui reges sarracenū
obseruabant solutus a vinculis fugit. Rex
predict⁹ garchias ãno tercio regni sui mor-
tuus est feliciter in ciuitate zamore et dedu-
cum est corpus eius ad ciuitatem oueti vbi
honorifice sepultus est.

¶ Lvi. bello vincunt xpiani sub rege ordo
neo secundo. Et capit̄ ciuitas rogel.

Quinquagesimūsextum bellū inter sarracenos et xpianos accidit circa idē tep⁹. Mortuo em̄ predicto rege garchia regnauit pro eo frater eius ordoneus scđs filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tempore patris sui congregauit magnū exercituz et intrauit terram sarracenoꝝ et percurrit illam. percurrit etiam ꝓuinciam beticaz que est terra de gnalderquenir et cōfregit multas ciuitates cremauitq̄ eas et destruxit ac plurimos sarracenoꝝ captiuauit. cepit etiam in illo primo ingressu vnam de nobilioribus et fortioribus ciuitatibus sarracenoꝝ que tunc dicebat̄ roges et reuersus est in terram suam diues et cuz honore.

¶ Isto bello vincunt christiani sub rege ordo
neo scđo et capta talauera. ignibus cremat̄

Quinquagesimūseptimū bellū int̄ sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimooctuagesimosexto. Tūc pdictus rex ordoneus scđs congregato exercitu suo iuit et obsedit talaueram. Sarraceni vero cordubenses et alij circumuicini cum hec audierūt venerūt ad succurrendum ad predictam villā. Sed cum adiutorio altissimi rex ordoneus pugnauit cum eis et deuicit eos. pempti sunt etiā ibi multi sarraceni. Alij vero per fugam euaserunt et tunc rex ordoneus cepit illam villaz et depredatus est quicquid ibi inuenit prostrauitq̄ muros ville ac illam ignibus cremauit et sic reuersus est in terram suam diues et cum honore deduxitq̄ captiuū ducē exercitus cordubens̄. Alij tamen dicunt ꝙ predictam conquistam fecit iste ordoneus tempore regis garchie fratris sui.

¶ Per regem ordoneum secundum capitur
castrum albame. et xpiani vincunt.

Quinquagesimūoctauū bellū inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimononagesimo. Tunc enim pdictus rex ordoneus timēs ꝙ perderet tempus suum si desisteret ab oppugnatione inimicorū fidei xpiane produxit exercitum suum magnuz et iuit vt punceret terram merida et confregit ac destruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitq̄ vnum castrum quod dicebat̄ calabri et nunc dicit̄ albame. Sic ergo post plurima certamina et victorias reuersus est in terram suaz cū multitudine captiuorū vtriusq̄ sexus. et anteꝙ egrederet̄ de terra sarracenoꝝ venerūt ad eū potentiores merida ac terre lucene. ac etiam rex pallensis qui dicit̄ bedadios petentes ab eo treugas ꝓpter quas concedēdas multitudinē immensaz pecunie obtulerunt eidē et reuersus est legionem cum magnis diuitijs et honore. Et tunc fecit mirificum illud templum ecclesie maioris in eadem ciuitate vbi prius erat suum regale palacium. Jacz sepultus rex in ecclesia predicta retro altare maius in pariete vbi transitus gentium efficitur circulans successit ei in regno filius eius alfonsus quartus qui regnauit quinq̄ annis sed nihil magnifici fecit cōtra sarracenos dicmot⁹ quadā leuitate voluit ordinē intrare et de facto sic fecit renuncians regnū suum fratri suo ramiro et cū pauco tempore remaneret in religione in monasterio sancti facundi prope ceyam exiuit ab ordine et venit legionem et rebellauit cum eadez ciuitate fratri suo volens iteruz regnare. quod cuz frater eius rex ramirus cognouit venit super eum cum magno exercitu quem contra sarracenos parauerat et obsedit eum in eadez ciuitate duobus annis finaliter dedit se rex alfonsus fratri suo regi ramiro qui eū cepit et posuit in carceribus et alios duos filios regis fruele qui rebellauerant et extraxitq̄ oculos eorum et post duos annos rex alfonsus predictus cecus mortuus est et sepultus ibi legionis in monasterio sancti pauli.

¶ Vincunt xpiani per regem Ramirū fra

occisis .lxxx. milibus sarracenorum. et captiuato rege Cesar augustano proditore.

Quinquagesimũnonũ belluz inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus Tũc abdarramẽ rex cordubẽ. et albenybaya rex cesar augustan⁹ q se fecerat vasallum regis ramiri cum terra sua cum multitudine graui venerunt vt peruaderent terram regis pdicti ramiri et accesserunt vsq ad locum qui dicitur simancbas. qd cũ rex ramirus sciuit. exiuit contra eos cum exercitu suo et commissum est durũ bellum. Ds cum adiutorio altissimi victi sunt sarraceni et albenybayo pditor fuit capt⁹ mortuiq sunt de sarracenis .lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti et pastoris ceteri vero sarraceni fugierunt et recollegerũt se in quodam castro cum abdarramen Sed rex ramirus insequẽs eos obsedit eos et captiuauit plurimos eorum abdarramen furtim euadẽte et reuersus est predictus rex collectis spolijs campi innumerabilibus et cum rege pditore vinculato ac cum multitudine captiuorũ in honore in ciuitatem legionensem.

Bello .lx. vincunt christiani sub rege Ramiro secundo.

Sexagesimũ belluz inter sarracenos et christianos accidit ãno domini octingentesimononagesimosexto. Imperãte henrico primo et sedẽte in cathedra petri Job. xix. Tunc predictus rex ramirus scõs congregauit exercitũ suũ et obsedit quoddã castrum quod antiquitus dicebatur agraui nũc vero dicitur calatrana. Sarraceni aũt aliorum castrorũ circumuicinorum cum sciuerunt venerunt vt succurrerent pdicto castro de caldrana et commissum est durum belluz inter eos et regem ramirũ. sed finaliter victi fuerunt sarraceni pempta multitudine sarracenorũ et reuersus est in terram suã cum magnis diuitijs et honore. Iste rex ramirus cuz infirmaretur grauiter oueti pcepit se differri ad ciuitatem legionensem. vbi expoliauit se a regno quod receperat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus suz ex vtero matris mee et nud⁹ reuertar illuc dñs mihi adiutor non timebo. quid faciet mihi homo. Quibus dictis animã dedit in manibus creatoris et sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdẽ ciuitatis quod ipse fecerat pro filia sua dña eluira et regnauit pro eo filius eius ordonius tercius.

Vincunt christiani hoc bello .lxi. et capitur castrum de tharaco per comitem fernanduz gundisalui.

Sexagesimũ primũ bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini noningentesimũ. Tunc regnante in regno legionis supradicto ordonio tercio. Excitauit deus quendam virum in armis strenuũ sibiq dilectum comitẽ scz fernandum gundisalui cuius filia scz domina viraca vxor supradicti regis erat comes castelli. qui ex desiderio seruiẽdi deo incepit bella durissima ꝯtra sarracenos. Et primo cõgressu deuictis sarracenis obtinuit castrũ quod dicitur de tharaco quod est situatum in altitudine cuiusdam rupis precelse. Vnde sarracenis euenit tribulatio magna.

Vincunt xp̃iani. et almonsor cum .xij. legionibus bellatorum fugatur per comitem fernandum gundisalui cum .cc. equitib⁹ ex reuelatione quadam sibi facta.

Sexagesimumsecundũ belluz inter sarracenos et xp̃ianos accidit anno dñi noningentesimoprimo. Tunc almãzor qui erat potentior sarracenus existẽtiũ citra mare sub abdarramẽ amiramamoli hyspanie et regis cordubensis cum audiuit ꝙ comes fernandus gundislay ceperat pdictum castrum de caraco iratus ac turbat⁹ fuit valde quare congregauit magnam potestatem regum sarracenorum et militum aliarũq gentium quorum numerus .xij. legionum militũ Vna legio est sex milia sex centum sexaginta sex. Cuz vero pdictus comes fernandus gundislaui cognouit ꝙ almansor veniebat contra eum in multitudine tam graui et ꝙ iurabatur dicens ꝙ nõ esset loc⁹ in quo nõ quereret eum misit statim nuncios suos per totum castellum vasallis suis dicens ꝙ venirent ad eum quia nimium eis indigebat qui visis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit consilium suum quid esset melius ire obuiam al-

manzor vel expectare eum et inter alios miles quidã dictus gundisaluus didaci sic locutus est. O domine non mihi videtur tẽpus bellandi cũ istis sarracenis Sed si aliquã viam possemus invenire p quã istud bellum impediretur haberẽ ego pro bono consilio si vobis placeret nec propter hoc debemus habere p inconuenienti contribuere eis aliquid aliud quicquid illud esset p quod possemus mitigare iras sarracenorũ et lucrari treugas eorum quia in multis alijs rebus expenduntur diuitie in hoc ergo nõ debemus excusari quia in bello ponit homo aliquotiens animam et corpus et nihil ei prodest aurum et argentum et quicquid aliud. Item sarraceni sunt multi et bene armati nos vero sumus pauci et armis vacui. et si ppter peccata nostra vincamur omnes erimus confracti et tota castella perderetur et poneretur sub potestate sarracenorũ Sed si istud bellum non daret haberem p bono cõsilio et pro meliori q nos possemus facere vt nõ pderemur sic ex nostro defectu nec aliquid nobis prodesset sine adiutorio domini nostri ihesu christi. Domine si locutus sum sine modo peto veniam, et dicet vnusquisq illud quod sibi melius videtur Istud cõsiliũ non placuit predicto comiti fernando gundisalui et quasi iratus dixit. Amici volo respondere dono grandi saluo didaci et enarrando quecũq dixit ostendam q non solũ non sunt dicenda sed nec audiẽda. Ipse dicit primo q excusemus bellum. sed cũ homo non possit excusare nec fugere mortẽ debet mori honorificẽtius quo poterit et sic treugas lucramur contribuendo eis aliquid cũ sumus domini efficeremur serui et vnde deberemus castellum extrahere a pena et oppressione in qua est amplius ei duplicaret. Cuz ergo omnes vnde nos descẽdimus fuerunt fidelitate decorati et in eius obseruatione gloriabantur. Ideo nõ curauerũt de morte sua et isto modo impleuerũt quicquid voluerunt et pugnauerunt viriliter ne aliquid indecens facerent ppter quod reputati possunt nec voluerunt habere hereditatẽ vnde ipsi minus valerent q omnes alij viuẽtes in toto mundo et ppter eorum magnam fidelitatem vicerunt semper inimicos suos. quia ppter mortis timorem nunq errorẽ aliquem facere voluerunt nec aliquid quod eis in honestum esset et isto modo ipsi vicerunt inimicos suos. Quod ergo illi fecerũt debet in memoriam nostram venire et concordando nos cum eis ac eorum facta obseruando nunq errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parentum magnalia et redeamus ad factum nostrum preparemus nos vt eamus ad bellum et ppter mortis timorem nullatenus dimittamus quia cum dei adiutorio et nostre fidelitatis vicemus inimicos nostros et extrahemus castellum a pena et confractione in qua est nec eorum multitudinem pauere debemus quia plus potest vnus leo q decem oues et occidet triginta lupi triginta milia agnos Sitis certi amici q nos vincemus almanzor hac vice et erit magnus honor meus. vester autem maior ac de me facietis meliorem dominẽ totius hyspanie. Cum ergo predictus comes finiuit orationem suam mouit se cum exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat et venit in locuz qui dicitur lara et inde ascendẽs equum suum intrauit montem vt venationi vacaret. Inuenitq aprum quendam et secutus est eum solus aper vero fugiens eum recollegit se in quadam speluca in qua solebat manere. sed nõ securus ibi intrauit quandam ecclesiam paruã ibi ppinquam et posuit se retro altare. Ecclesia autẽ illa tota erat exterius cooperta quadã herba que dicitur edera sic q nihil eius videbatur in qua tres monachi pauperrime viuebant et vocabatur ecclesia illa sanctus petrus Comes autẽ predictus insequens aprũ non potuit in equo pre arborum spissitudine intrare post apruz descendit ergo de equo et ligauit eum ad arborem secure ipse vero secutus est vestigia apri pedes et ingressus ẽ ecclesiaz predictam et accessit vsq ad altare vbi porcus iacebat. cum autem respexit locum et vidit q erat ecclesia timuit et noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipse multum bene poterat illum occidere et ait. Dñe deus quez timent omnes res mundi si ego in hoc erram tu debes mihi veniam dare cũ ego nihil sarem huius sanctitatis qz si ego sciuissem non intrassem ibi vt talia facerem quinimmo venissem in peregrinationem et oblationes tribuissem. Sed parce mihi atq pater potentissime fili virginis marie et da mihi vigorem et adiuua me contra gentem

paganam que venit ad destruendam castel-lam quia si tu non seruas eam ego pro per-dita illam habeo tu ergo domine illam ob serua et custodi eam. Cum autem finiuit pre dictus comes orationem suam venit ad eu vnus trium illorum monachorum qui dice batur pelagius et interrogauit eum quis es set et quid peteret. Comes vero ei nihil cela uit. dixitque ei quod segregauerat se a gete sua et intrauerat ibidem post illum aprum. Tunc monachus dixit ei. Rogo te propter deum et propter tuam bonitatem quod sis ista nocte meus hospes et dabo tibi panem ordei vt comedas quia de tritico nō habeo. et dabo tibi de alijs que potero habere. Quod cum comes audiuit non refutauit sed conuiuium acceptauit et mansit ibidem illa nocte. Alte ra vero die de mane dixit monachus ille pe lagius comiti. Certissime credas quod diriget deus negocia tua et deuinces omnem pote statem illius almanzor prelium magnū ha bebis cum eis. sed certissime vinces eos et tot ex eis occides quod non erit numerus. Item scias certissime quod recuperabis vnā magnā partem terre et effundes sanguinem regum et magnatum. et felicitas tua erit tā magna quod per totum mundum exibit sonus militie tue. Veruntamē scias pro certo quod eris capt9 bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter scias sic fore ventura. Sed et ante tercium diē sequentē eris posit9 in magno cogitatu quia videbis totam gentem tuam vltra mo dum pauore percussam propter vnum terri bile signum quod videbunt nec erit ibi ali-quis tam fortis quod non languescat timore. Sed tu statim conforta eos melioribus ver bis quibus poteris exponendo signum et ipsi statim perdent timorem. et exnunc vade feliciter inuenies que omnes tuos tristes plan ctus et luctus propter te facientes et cogitā-tes quod sis captus vel mortuus a sarracenis et quod maneāt sine domino et sine aliquo tu tore. Sed rogo te et peto istud donū quod post quam deuinceris campū recorderis huius pau percule societatis et huius tam pauperrimi loci et tam pauperis hospitalitatis sicut rece pisti quia nos tres monachi sumus soli fa-cientes pauperem vitam et si deus nobis non mitteret suam mercedem deuorarēt nos bestie fere huius mōtis. Comes vero respō dens ei dicit. frater pelagi amice non timeas

tis perdere seruitium quod mihi fecistis quia si deus concedit mihi hāc litem vincere ego promitto huic loco totā meam quintā par tem omniū que lucratus fuero. et vltra hoc cum mortuus fuero hic precipiā sepeliri cor pus meum vt hic locus factus propter me sit melioratus et magis honoratus: faciamque alteram ecclesiam maiorem hanc quam modo: vbi possint manere plures monachi et ma-ior conuentus et dabo eis in quo viuant et omnia que eis necessaria fuerit. Sic ergo fa cto vale venit predictus comes in predictum locum delera et inuenerat suos sicut dixerat pelagius monachus sed eorum tristicia ver sa est in gaudium et leticiam. Narrauitque eis omnia que sibi acciderant cum monacho pe lagio. Altera autem die precepit moueri ge tes eius que ita pauce erant quod mille sarrace ni erant pro vno christiano. Sed licet essent pauci erant tamen optimi milites et habe-bant bonum cor adiuuandi dominum suū Venerunt ergo ad locum vbi mutuo se vi debāt christiani et sarraceni et tāta erat mul titudo sarracenorum quod montes et valles vi debantur cooperti eis veniebantque sonanti bus tubis et anāfilis et facientes magnum tumultū. ac cum grandi leticia cogitātes quod vincerent et caperent omnes illos christia-nos et tanta erat multitudo et magnitudo vocum illorum quod videbatur quod totus mūd9 veniebat ibidem. Comes autem fernandus gundisalui existens in loco suo omnia cir-cumspiciens cupiebat se iam videre cum illis Et ecce illa hora accidit signū quod sibi p-dixeret monachus pelagius quia vnus de militib9 eius fortissimis ascēdit vnū equū pulchrum et velocem vrgensque eum calcari-bus vt exiret ante eos aperta fuit terra et de gluttiuit eum cum equo suo. Tunc fuerūt oēs percussi timore magno dicētes propter pec cata nostra istud accidit nobis et bene appa ret quod deus derelinquet nos et fuerat nobis melius consilium si reuersi fueramus quia oculanter videmus quod deus vult iuuare sar racenos quomodo ergo nos poterimus ire contra eos. Sed tunc virtuosus ille comes dixit eis. Amici non faciatis sic nec velitis lucrari malum nomen pro semper nec perda tis cor sine vulneribus nec ostendatis in vo bis talem pusillanimitatem quia ego volo vobis ostendere quid vobis ostendit istud

signum. Unde ex quo nos facimus terram submergi ipsum sit tamdura et tã fortis quid aliud erit quod nos possit sufferre. Et vos omnes estis homines alte nobilitatis et video nunc corda vestra langantia timore cõtra gentes que non sunt nisi vmbra et ideo vos nolite timere quia ego hac die desiderabam me videre cum almansor in campo et experiri quomodo satis castellam custodire dominum vestrum. Post quam ergo predictus comes finiuit sermonem suum resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiens in bello precepit deuolui vexillum suum et iuit virili animo et sine timore percutere sarracenos ibantque castellam clamantes. Castilla castilla. Commissum est ergo durum bellum et milites christiani intantum fuerunt accensi desiderio pugnandi et adiuuandi dominum suum quod nihil cogitabant de morte sua tam strenuissimi ergo fuerunt quod vicerunt potestatem sarracenorum et fugit almanzor cum paucis. Hac die deus manifeste ostendit suam potestatem in hoc quod tres centi milites christiani tantam multitudinem sarracenorum et tam potentem virum sicut erat almanzor vicerunt. Victis ergo sarracenis fugierunt a campo. Sed et comes fernandus gundisalui secutus est eos cum aliquibus de suis et occidit plures eorum et expoliauerunt campum victoria habita et inuenerunt in tentorijs multitudinem auri et argenti et vasa et arma et alia plura sic quod facti fuerunt ditissimi per semper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictum monasterium sancti petri et dedit ibi multa donaria que inuenerat in tentorijs sarracenorum deditque multitudinem diuitiarum monacho pelagio amico suo. Et reuersus est in ciuitatem suam cum Burgensibus cum omnibus suis vbi aliquibus diebus stetit propter vulnera sananda illorum qui in bello vulnerati fuerant.

Hoc bello .lxiij. Vincunt christiani per comitem fernandum gundisalui plurimis sarracenis captis et trucidatis.

Sexagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc sarraceni dolentes de victoria quam habuerat predictus comes fernandus gundisalui et scientes quod ipse cum rege ordoneo .iij. supradicto erat vinculo amoris colligatus congregauerunt exercitum magnum et venerunt super sanctum stephanum de gormatio qui est in littore dorij et obsederunt castrum illud et percurrerunt totam terram vsque ad burgis quod cum sciuit predictus comes fernandus gundisalui venit animose contra eos cum militibus regis et suis secutusque est eos vsque ad dorium bellans et occidens plures eorum deuictisque sarracenis reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum diuitijs et honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordonius .iij. zamore et sepultus est in ecclesia sancti saluatoris ciuitatis legionensis quam construxit pater eius et regnauit post eum sancius primus qui dictus fuit grossus ex eo quod pre pinguedine equitare non poterat nisi cum difficultate. Iste fecit pacem cum sarracenis quia curauerunt eum a pinguedine sua. regnauit octo annis et occidit eum quodam venenato pomo: comes gundisaluus qui dominatur vltra dorium et sic iste qui nihil gloriosum fecit contra sarracenos male finiuit. Iacet sepultus apud legionem in ecclesia sancti saluatoris iuxta patrem suum. Et regnauit pro eo ramirus tercius filius eius.

Vincunt christiani per comitem fernandum gundisalui et fugatur secundo almansor perempta innumerabili multitudine sarracenorum.

Sexagesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimodecimoquinto. Tunc supradictus almanzor dolens nimium quia eum deuicerat comes fernandus gundisalui sicut dictum est supra .lxi. transiuit vltra mare in affricam et precepit predicari per omnem terram sarracenorum quod venirent ad adiuuandum eum contra christianos hyspanie et ad defendendum terram quam sui predecessores lucrati fuerant. Sarraceni autem audiuerunt hanc predicationem per totam terram diuulgatam venerunt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiam cruciate quam nos christiani fideliter accipimus cum sedes apostolica debitis circunstantijs compensatis illam concedit et vltra predictas gentes innumeros congregauit etiam ille almanzor totam potestatem andaluzie et sic venit cum exercitu quasi innumerabili contra castellam vt

destrueret totam terram et vt caperet p̄dictū
comitem et occideret si posset. Que omnia
cum cognouit predictus comes fernandus
gundisalui cōgregauit similiter omnes Ca
stellanos et venit ad locum qui dicitur pre-
drauita. Sarraceni vero erant in vacinas.
Comes autem reliquit gentem suam in eo-
dem loco de predrauita et ipse sol⁹ cū duo
bus militibus iuit velociter et secrete. vt vi-
deret monachum pelagium amicum suum
supradictū qui ei dixerat altera vice q̄ vin-
ceret certitudinaliter almanzor et signa que
accidere habebant. et cum accessit ad locum
dictum est ei quomodo iam decesserat a p̄-
senti vita. quod cum comes audiuit contri-
status est valde et ingressus est ecclesiam il
lam vt rogaret deū vt secum faceret miseri
cordiam. flexis ergo genibus ante altare fe
cit hanc orationem in habundantia lachri-
marum dicens. Domine cum magno amo
re tibi seruiendi ego sustinui multa aduersa
et dimisi multa solacia et fui in maxima ini
micicia cum sarracenis et christianis q̄r re-
ges hyspanie timore sarracenoꝝ obliti sunt
tui qui es dominus eorum et facti sunt va-
salli. et cum ego q̄ timore mortis errabant
male contra me. Ego nunq̄ volui societatē
nec amorem eorum et sic remansi ego solus
ab omnibus derelictus inter omnes qui vi
dentes me segregatum ab omnibus vt ini-
micum me respexerunt. Et cum sarraceni co
gnouerunt magnos q̄ nolebat eis obedire
congregauerūt exercitus vltra mare et citra
mare et venerunt super me. et ego cum tuo
adiutorio deuici almāzor et omnem ei⁹ po
testatem et occidi ibi plures eorum. Tu dn̄e
dixisti per ysaiā prophetam q̄ nunq̄ defi-
ceres tibi seruientibus. ego autē om̄s alios
reliqui vt tibi seruirem. Peto ergo domine
pro mercede q̄ habeā ego tuū adiutoriū
et vt defendas castellā quia tota terra affri
ce venit super me et da mihi sensum et forti-
tudinem vt ego vincam hunc sarracenū al-
mansor et omnem eius potestatem et cum
faceret augurationem captus est quodam
pula somno et dormiuit ibi ante altare Ap
paruitq̄ sibi ille monachus sanctus pela-
gius indutus vestibus cādidis sicut nix et
dixit ei dormis fernande gundisalui surge
et vade ad gentem tuam quia deus conces-
sit tibi quicquid postulasti ab eo et scias cer
titudinaliter q̄ vinces sarracenum almāzor
et omnem eius potestatē et perdes ibi mul-
tos de gente tua. et adhuc dixit tibi plus do
minus noster q̄ quia tu es eius vasallus et
ei facis seruitium toto corde q̄ mittit tibi a-
postolum iacobum et me cum multitudine
angelorum ad adiutorium tui et apparebi-
mus omnes in bello cum armis albis et q̄
libet nostrum ducet crucem in suo vexillo et
cum sarraceni viderint nos vincebuntur et
dimittent tibi campum Amice dixi tibi qđ
mihi mandatum fuit de cetero volo recede-
re et sic recessit a predicto comite vigilās er-
go ipse et cogitans in illa visione orando
deum humiliter audiuit quandā vocem di
centem sibi surge et vade in viam tuaꝫ quia
iniuste contra me agis cum tantum demo-
raris et non des treugas almanzor nec fa-
cias cum eo pacem aliquam. facies autem
de gēte tua tres acies et intrabis tu cū pau-
cioribus ex parte orientis et in illa acie ego
ero tecum. precipies etiam q̄ secunda acies
ingrediatur ex parte occidentis et in illa acie
erit beatus iacobus. Tercia vero acies in-
trabit ex parte aquilonis et si sic omnia fece
ris non dubites quin deuincas almāzor et
ego sum emilianus qui tibi venio hec nun-
ciare et scias q̄ durabit bellum tribus die-
bus. Postq̄ sanctus emilianus predicta nū
ciauit exiuit comes a sācto petro et venit ve
lociter in predictum locū de predrauita vbi
dimiserat gentem suam quam inuenerat ira
tam contra se dixeruntq̄ ei domine sine mo
do facis magnum malum et si erraueris
iuste accidet vobis quia sicut latro qui egre
ditur ad furandū segregamini. et l3 vos que
ramus inuenire non possumus et sumus in
hoc valde mali quia tantum vos sufferim⁹
Unde petimus pro mercede q̄ non faciat
nos proditores quia nunq̄ fuerunt patres
nostri nec parētes nostri nec vnq̄ fuerit i mū
do fideliores q̄ illi vnde nos venim⁹. Co-
mes autem fernandus gundisalui respōdit
Amici rogo q̄ me audiatis quia non resipis
co de hoc q̄ feci et cum sciueritis non iudi-
cabitis q̄ tantum erraui quia ego iui ad he
remitorium sancti petri vt viderem amicum
meum fratrem pelagium. et cum accessi au-
diui q̄ erat mortuus et ostenderūt mihi lo-
cum vbi iacebat sepult⁹. Et deinde intraui
ecclesiam et fudi orationem et venit ad me

predictus monachus vbi iacebā dormiē do dixitq̄ michi exurge amice quia hora est exitatus autem nihil potuit venire et sic existens audiui vocē magnam mihi dicentē de celo secundū intellectū meum. Comes fernāde gundisalui surge vade viam tuam quia die tercia vinces almāzor et omnē ei⁹ potestatē reprehendit etiā me quia tantū tardabam. et q̄ ille cuius amore pugnabā adiuuaret me et quia i heremitorio illo alta vice fui bene consultus sic q̄ deuincerem almanzor. Ideo nunc iterum iui vt haberem consilium cū illo amico meo pelagio. Et vt seruarem vos oēs ne ꝓpter defectū meum erraretis quia necessariū est vobis consiliū dei et hoim quia ex quo almanzor tam magnum exercitum cōgregauit multū interest nobis vt taliter faciam⁹ q̄ deum habeam⁹ pro nostra parte. Et ideo sim⁹ omnes boni milites quia non possum⁹ fugā accipere ex aliqua parte. Et licet velim⁹ ire i aragoniā vel nauarram vel ad omnes alios vicinos nostros omnib⁹ sumus odiosi. et si peccatis nostris exigentib⁹ victi fuerimus omēs vindicabuntur de nobis et enim⁹ captiui et mi seri filijq̄ nostri capientur a sarracenis Qui autem iacet captiuus priuatur omni bono et vellet plus mortē q̄ vitā cū videt sua hereditari ab inimicis suis q̄ vobis dico oīa bene intelligitis et si ꝓpter peccata nunc sumus victi nunq̄ nostra recuperabim⁹. Dico autem vobis ex parte mea que cogito facere q̄ licet ipsi vellent me accipere ad vitā scio te q̄ an⁹ occiderē meipm q̄ me tradā captiuitati. Et ideo oportet q̄ firmetis inter vos quod quicūq̄ fugerit a campo vel se dederit captiuitati timore mortis q̄ sit proditor et cū mortuus fuerit q̄ sit cū iuda in inferno in perpetuū. Cum autem castellani audiuerit que dixit predict⁹ comes placuit eis omnio et omnes inierunt fedus inter se q̄ ante se exponerent morti q̄ se darent captiuitati Altera ergo die de mane precepit predict⁹ comes q̄ omnes armarentur vt darent bellum sarracenis et ordinauit acies suas sicut ei preceptum fuerat in ecclesia sancti Petri mādauit q̄ donogustio gundisalui de salas et filijs suis ac duobus consobrinis comitis q̄ irēt in prima acie in qua fuerunt ducētī milites. Deditq̄ eis sex milia peditum de mōtanCis qui omnes erant homines veloces et valentes. In secunda acie posuit pro duce donū lupum de viscaya cum illis de terminis mya et de bymana et de castella veteri de castro et de asturijs fuerunt. fueruntq̄ in summa ducenti milites et sex milia peditum. Comes vero fernādus gundisalui fuit in tercia acie et cum eo Rodericus de coma et numos de cama et belas qui quos ipsa die comes fecerat milites viginti etiam scutiferi sui quos etiam eadem die fecerat milites summa omnium istius aciei fuit quinquaginta militū et triū milium peditum precepitq̄ omib⁹ predictus comes q̄ si prima die nō possēt vincere sarracenos cum audierint buccinam suam q̄ retraherent se a prelio et omnes cōgregarentur sub vexillo suo. ¶ Postq̄ ergo omnes sic ordinauit venerūt omnes in tentorijs suis et veniente nocte viderunt per aera rabidum quendam serpentem venire sanguine cruentatum et quasi vulneratū emittentem tam fortes sibilles q̄ nullus fuit ibi tā audax quin timeret et tā magnos ignes emittebat per os q̄ omnes de exercitu se videbant adinuicem Cum autem hec viderēt excitauerunt comitem qui iam dormiebat sed tamen cum ipse surrexit iam serpens ille trāsiret. Attendens autē predictus comes populum suum pauore percussum quia ex illa visione conceperant q̄ erant vincendi a sarracenis. Precepit q̄ omnes congregarent ad eum dixitq̄ eis. Amici isti sarraceni sūt incantatores et nigromantici et suis inuocationibus vocant dyabolum qui pro eis facit multa pauorosa. Aliquis autem sarracenus qui ista scit facere fecit illam visionem per aera apparere vt eos terreret tali arte mala. cum ergo vos sitis homines intelligentes bene debetis scire q̄ diabolus nihil vobis facere potest quia bene noscitis q̄ dominus noster Ihesus christus potestatem eis abstulit. commendemus nos ergo deo qui omnia fecit quia ipse potentissimus dādi et tollendi quicquid voluerit. et nihil propter talia signa demus. Eat ergo quisq̄ in hospitium suum et de bono mane sitis omnes armati in campo. ¶ Adiuuabit enim nos deus pater sua pietate et de hoc sitis certissimi q̄ vincemus eos. talibus ergo verbis comitis confortati omnia sic fecerunt et in gallicantu surrexerunt omnes et audiuerunt missam suam orauerunt ac de pe pecca

tis suis contriti et confessi fuerunt et roga-
uerunt deum q adiuuaret eos contra sarra-
cenos. ¶ Post hec equitauerunt omnes
bene armati omnibus armis suis et cu ve-
nit aurora parauerut acies suas sicut eis ma-
dauerat comes. Sarraceni similiter paraue-
runt acies suas et commissum est prelium
magnum mortuiq sunt multi ex vtraq pte
occiditq predictus comes quendam rege
affrice sarracenum et impletus est campus cor-
poribus mortuorum tam ex christianis q ex
sarracenis nec alteri partium concessa est vi-
ctoria eodem die. Ueruntamen expulerunt
christiani saracenos a tentorijs suis et man-
serunt ipsi illa nocte in eisdem in quibus in-
uenerunt omnia necessaria steteruntq per to-
tam noctem armati. Altera autem die ordi-
nate sunt acies in campo ex vtraq pte et ve-
nerunt sarraceni contra christianos magnis
vocibus acclamantes intantu q videbatur
q totus mudus descenderet in profundu
christiani similiter auditis missa exeuntes co-
tra eos inceperunt prelium et durauit per to-
tam diem nec tamen vna pars alteram pte-
vincere potuit. Fuerunt et in hoc secudo bel-
lo etiam multi mortui ex vtraq parte et plu-
rimi vulnerati et reuersi sunt christiani super-
ueniente nocte in tentorijs suis ceci tristes
et vulnerati Et prima vigilia noctis prece-
pit comes predictus vocari omnes suos ad
se dixitq eis. Amici rogo q sitis fortes et
non langueatis propter angustias preteri-
tas. Dico eni vobis in veritate q cras vsq
horam nonam habetis maximu succursu
taliter q vincetis bellum istius sarraceni al
manzor Si ergo vultis q vincamus nos si-
mus cras bono mane in campo omnes an
solis ortum et virili animo in eos irruentes
non demus eis spacium quia sciote q per
vim dimittent nobis campum et dico vobis
q euadere non poterint quin sint mortui vl
victi. Ibimusq post eos et vindicabimur
de malis que nobis intulerunt. Sum enim
bene securus de nobis q non erimus victi.
Citius enim nos permitteremus mori q
talia pati. ¶ Post verba comitis vnusquis
q iuit in mansionem suam dormierunt et
quieuerunt. ¶ Surgentes autem bono ma-
ne sicut eis pceptu fuerat armauerut se et sar-
raceni similiter ac exierunt in campu vt bel-
larent. Commissum est ergo durissimu bel-
lum inter vtrosq et christiani ducebant ante
se signum crucis domini nostri ihesu christi
orantes toto corde vt deus iuuaret eos con-
tra inimicos suos et tam grandis erat sonus
lancearum et ictus ensium ac aliorum armo-
rum q longissime audiebantur et licet mul-
ti christianorum interissent de sarracenis tn
no erat numer' inter vt heant q enarrant vi-
uentes. Et predict' comes vidit q altiores
homines sue aciei erat mortui et q alij erat
deordinati et tristes et q cito possent deuici
si non succurreretur. irruit in sarracenos vi-
riliter animans suos ad victoria s tot fuert
mortui de christianis q non cogitabat ia
amplius redire in castellam. Cum ergo eis
in maxima pressura incepit mete orare deu
manibus pugnans et dicens ¶ Domine ex
quo non possum hanc litem eradicare nolo
liberare vitam meam licet possim quia intra-
bo talem locum pdij vbi occidar qr si eua-
derem mortem postmodum morerer pre do-
lore videns castellam sub potestate sarrace-
norum. ¶ Et licet nos sumus magni pecca-
tores contra nos nolite irasci ne velitis tota
hanc terram destruere esset etiam magnum
malum si perderetur terra tam honorabilis
et tam bona. O domine ihesu christe et qua-
re non implestis que mihi misistis nunciari
q scilicet succurreretis in hoc bello et si ego
non defeci vobis quare vos deficitis mihi
et quia sic est q vos non estis contemptus
de me in aliquam culpam ego cecidi. Reci-
pite ergo hunc comitatum meu in vestra cu-
stodia alias totum destrueretur radicitus.
Cum ergo comes predictus talia inter se et
deum loqueretur querulose licet semper pu-
gnans viriliter audiuit vocem quanda de
celo dicentem sibi fernande scias q crescit ti-
bi magnum adiutorium magnus enim suc-
cursus accedit ad te. Cu aut predic' comes
eleuauit oculos suos in altu et videret qs
esset q secum loquebatur Et ecce vidit apo-
stolum iacobum stantem super se cum mul-
titudine militum et militaribus splendenti-
bus armis crucis signo insignitis secundu
q sibi videbatur qui omnes ibant poten-
tissime percutere sarracenos aciebus suis or-
dinatis Quos cum viderunt sarraceni timo-
re magno perculsi sunt nescientes quid fac-
rent mirabantur etiam multum vnde vene-
rant ille gentes armate et insignite omnes

uno signo. Dixitque almansor. Quid potuit hoc esse vel vnde potuit euenire tam magna potestas comiti fernando. Et cum christiani qui iam erant quasi victi viderunt apostolum iacobum iam fortificati sunt et resumptis viribus irruerunt in sarracenos et occiderunt multitudinem magnam eorum Alij vero terga sunt dare coacti fugientibus ergo sarracenis a campo secutus est eos comes predictus duobus diebus et duabus noctibus et occidit plures eorum alios autem captiuauit. Quarta autem die reuersus est cum gente sua ad locum predicti belli de baginas et quesierunt christianos mortuos inter sarracenos mortuos volebat enim vnusquisque ducere mortuum suum in locum suum Sed nobilis comes dixit eis. non habeo pro bono vt ponatis dolorem in locis vestris quia planctibus et lachrymis non poteritis aliquem eorum ad vitam reducere. Recipite ergo consilium meum: Ego habeo hic vnum heremitorium qui est locus valde honorabilis et haberem ego pro bono quod sepelirentur ibi Ego etiam promisi quod corpus meum ibi sepelietur cum mortuus fuero et pugnabo vt locum illum diuitijs et honore compleam fecerunt que omnes iuxta consilium comitis et sepelierunt ibi mortuos suos. Dicitur nunc locus ille sanctus Petrus de arlancha vbi fuerat ille sanctus monachus pelagius et reuersi sunt vnusquisque in locum suum cum magnis diuitijs et honore:

¶ Vincunt christiani et angelus domini pugnat pro milite missas audiente cum deuotione.

Exagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini nongentesimumoctauum. ¶ Tunc mortuo predicto rege sancio et nobili comite fernando gundisalui et regnante ramiro tercio filio predicti regis cum comes garsias fernandi filius predicti comitis fernandi gundisalui esset in castro sancti stephani de gormatio. quem ipse vi lucratus fuerat a sarracenis ibi existens habuit multa bella cum sarracenis sed vnum signanter hic annotabo propter vnum singulare miraculum quod ibi accidit. Dolentes enim sarraceni de perdito castro quadam die venerunt in multitudine magna de gormatio ad vadum qui dicitur elcastaial Quod cum predictus comes sciuit exiuit ad eos cum suis audita vna missa et commissum est durum bellum inter vtrosque miles autem quidam predicti comitis qui dicebatur fernandus cuotobinos remansit armatus genibus flexis in ecclesia predicti castri audiens alias missas que dicebantur a monachis quos ibi deduxerat comes a monasterio sancti petri de arlancha habebat enim miles ille in consuetudine non exire ecclesiam quousque omnes misse essent finite. ¶ Angelus autem domini eius figura in persona armis et equo assumpta apparuit in bello qui tam fortiter bellauit ibidem quod nullus ei similis fuit. Nam iste occidit militem illum sarracenum qui ducebat vexillum sarracenorum propter quod factum eradicati et victi fuerunt sarraceni. ¶ Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes pro illo milite fernando cuotobinos qui tam viriliter se habuerat et non potens ipsum reperire in campo miratus venit in castrum et inuenit quomodo miles ille erat clausus in ecclesia pre verecundia non ausus apparere quia non fuerat in bello et sic vocato a se ac cognito miraculo inuenit in lorica eius et armis sui equi omnia signa ictuum que sibi in bello dederant sarraceni sicut ipsi viderant et intellexerunt omnes quod propter deuotionem quam ille miles habebat in auditione missarum deus miserat angelum suum in eius effigie vt suppleret vicem eius in campo tempore illo et dederunt omnes propter tam manifestum miraculum gratias deo et virgini gloriose.

¶ Meritis apostoli sancti Jacobi vincunt christiani percussis grauissima infirmitate sarracenis.

Exagesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimotricesimotercio. Tunc quidam rex sarracenorum cuius nomen aliudraxi cum multitudine paganorum intrauit regnum portugalie et peruenit destruendo quicquid inuenire poterat

vsq; ad sanctum iacobum. Sed propter ho norem apostoli iacobi cum christiani resiste re non possent bellauit deus contra sarrace nos percussit enim deus omnes sarracenos quadam infirmitate grauissima sic q omnes perierunt intantum q nõ remaneret qui nocia aliorum nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tercius et mortuus est in ciuitate legionen. regnauit xv. annis et successit ei in regno donus be niundo filius regis sancij cõsobrinus regis predicti ramiri.

Vincunt christiani per regem beriundo et iterum a sarracenis vincuntur eodem bel lo per almanzor.

Sexagesimumseptimum bellum in ter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimonona simoquinto Tunc almanzor videns discor diam magnam inter christianos congrega uit exercitum suum magnum sarracenorum et christianorum qui cum eo se desederaue sant et intrauit terram christianorum. Incepitq; destruere prouincias legionis et castel le et nauarre. christiani autẽ erant sic discor des q nullus erat qui alterum vellet adiu uare et intantum processit illa vice q a fluie dorij quod erat tunc signum diuisionis int sarracenos et christianos peruenit destruen do vsq; ad flumen quod dicitur estolam et ibi fixit tentoria sua. Quod cum sciuit rex beriundo exiuit contra eum cum exercitu suo bellauitq; cum eo viriliter et mortui sunt plu rimi sarraceni. Peruenit rex beriundo bel lans et occidens vsq; ad tentorium alman zor Quod cum vidit almanzor iratus vehe menter proiecit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem sarracenorum in signum corone. Erat enim consuetudinis sarracenorum regum mittere in terram predictum pileum in si gnum magni doloris et ire respectu suorum quia non vincebant inimicos: Quod vi dentes sarraceni resumptis viribus inuenerũt viriliter in christianos in tantum q secuti sunt eos vsq; ad portas ciuitatis legionen. et post paucos dies ceperant ciuitatem nisi fuisset multitudo pluuiarum hyemis propter quam necessario habuit recedere almanzor et sic reuersus est in ciuitate corduben. cum diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et capitur ciuitas legio nen. per almanzor.

Sexagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit an no domini noningentesimononagesi mosexto. Tunc supradictus almanzor ve nit cum multitudine graui et obsedit predi ctam ciuitatem legionen. et tanta fuit violẽ ta expugnatio vrbis q confregit murum in duabus partibus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei Comes autem galecie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iace bat tunc in lecto multum infirmus et cum sciuit q murus erat ruptus in duplici par te fecit se armari omnibus armis et deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis cõ fractus quia ibi erat maior pressura et peri culosior locus hoc autem ipse faciebat vt ibi occideretur ante q videret confractiones ciuitatis. Ipse ergo iacens in lecto tribus diebus defendit locum illum ruptum et mor tui sunt plures ex vtraq; parte sed finaliter occisus est ibi et statim capta fuit ciuitas. et precepit almanzor q frangerentur omnes porte ciuitatis et q destruerẽtur turres que erant ibi ex marmoribus mirabiliter fabri cate. Et cum predictus almanzor destructa ciuitate voluit intrare monasterium mona chorum sancti claudij extra muros vrgens cum calcaribus equum suum non potuit ip sum mouere ab eodem loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus al manzor destitit a destructione predicti mo nasterij et dedit ibi multa donaria secundũ q in eodem conuentu presente illustrissimo rege enrico qui nunc regnat a priore eiusdẽ audiui. Asserebatq; se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predi ctum miraculum et reuersus est almãzor cor dubam cum magnis diuitijs et honore.

Vincunt sarraceni et occiduntur prodito

...ne septem infantes delara.

SExagesimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa predictum tempus. Tunc quidam miles qui dicebatur rodericus belasquas finxit se facere bellum sarracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomodo morti traderet septem fratres qui dicebantur septem infantes delara cum eorum patre gundisaluo gustios qui erant fortissimi bellatores qui eo tempore reperiri poterant in mundo. Causa autem quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniuriis quas vxor sua et ipse se reputabant recepisse ab eis. Deduxit ergo eos suis verbis blandis proditorie cum exercitu magno vsque in campum de almenara et premisit illos infantes vt deprędarentur campum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeuntes subito apparuit multitudo innumerabilis sarracenorum veniens super eos et factum est prelium magnum sic quod interfecerunt multos ex sarracenis. Sed de christianis mortui sunt in illo certamine illi ducenti milites sic quod non remanserunt nisi septem infantes predicti. Et cum viderunt quod ibi nihil restabat nisi vincere vel mori commendauerunt se deo et inuocauerunt apostolum Jacobum et irruerunt virili animo in sarracenos interfecerunt plures ex eis sic quod nullus erat qui ante auisus esset expectare eos. Sed tanta erat multitudo sarracenorum quod pre lassitudine retraxerunt ad quendam collem vt abstergerent facies suas a pulueribus. et cum ibi peruenissent inuenerunt quod vnus eorum deficiebat scilicet fernandus gundisalui qui in bello mortuus fuit propter cuius mortem nimium doluerunt. Existentes ergo ibi habuerunt verbum suum cum sarracenis petentes treugas quousque nunciarent predicto roderico belasquas si vellet eos iuuare et concesserunt eis. Miserunt ergo didacum gundisalui ex eis sed nihil potuit obtinere. Reuersus ergo ad fratres suos narrauit eis crudelitatem illius proditoris et factum est quod mille equites qui erant cum predicto roderico belasquas mouerunt se vt venirent et succurrerent infantibus. Sed cum cognouit proditor ille qui erat eorum capitaneus verbis suis fallacibus impediuit aduentum eorum non tamen sic potuit impedire quin triceuti illorum transirent ad eos animo moriendi vel viuendi cum eis videntes proditionem sui capitanei. Iuncti ergo illis irruerunt secundo in sarracenos et factum est prelium asperrimum tale quale nunquam quis audiuit in temporibus nostris et tanta fuit cedes sarracenorum quod antequam aliquis eorum occideretur perierunt vltra duo milia sarracenorum. Sed finaliter bellando intra multitudinem tam graues mortui fuerunt illi triceuti milites et remanserunt soli predicti sex infantes et tam fessi erant quod iam non poterant leuare brachia ensibus suis. Cum autem viderunt eos ita fessos capitanei sarracenorum scilicet viara et galue propter eorum strenuitates traxerunt eos a pressura belli et duxerunt eos ad tentoria sua et fecerunt quod deponerentur arma eorum de dorsis eorum et dederunt eis ad comedendum panem et bibendum vinum. Sed cum proditor ille rodericus belasquas hoc cognouit misit nuncios suos capitaneis illis dicens quod ipsi male faciebant concedentes vitam talibus hominibus sicut illis et quod de hoc possetis malum euenire. et quod si sic facerent quod ipse non rediret amplius in castellam. sed iret ad almanzor et faceret quod caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliquid malum eis eueniret ab almanzor excusantes se ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cum armis suis. sicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt sarraceni pulsatis a tamboribus suis irruerunt in eos in tanta multitudine sicut cadit pluuia de celo et factum est prelium crudelius quam prius fuerat sic quod breui tempore occiderunt duo milia et lx. et vltra sarracenos sicut narrat hystoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebatur gundisaluus gundisalui terribiliora et mirabiliora super alios faciebat. Sed tanta erat multitudo saracenorum quod non potuerunt eos tollerare. et intantum fessi erant quod nullo modo poterant iam moueri nec equi eorum. Et licet amplius bellare voluissent armis carebant quia iam confracte enses eorum. Cum ergo saraceni viderunt quod non habebant arma occiderunt equos eorum et ceperunt eos et expoliantes eos armis suis decapitauerunt eos vnum post alterum sic nam fuerit in oculis predicti proditoris roderici belasquas

Et cum peruenerunt ad gundisaluum qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires et quodam pugione quod habuit in manibus irruit in illum qui decapitauerat fratres suos percussitque ipsum in gutture et mortuus est cepitque subito eius ensem et occidit cum eo vltra .xx. sarracenos, vt narrat hystoria. Captus est finaliter et decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditio notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadam saracena qui quia fuit mudarra gundisalui postmodum occidit illum et .xxx. milites eius cum eo et vxorem eius ignibus cremauit sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

Vincunt saraceni et comburitur ciuitas sancti Jacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubensem. pro lampadibus in signum victorie.

SEptuagesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimo quadragesimo quinto. Tunc almansor congregauit exercitum magnum et intrauit prouinciam que dicitur portugalia destruxitque villas et castra, loca et cum peruenit ad mare percurrit et destruxit terram galecie et peruenit vsque ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit intrauitque sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt confringeret eius monumentum. Sed facta fuit quedam fonus terribilis celestium quo territus fuit. Veruntamen accepit campanas minores quas secum deduxit in signum victorie quas posuit pro lampadibus in mesquita corduben. vbi magno tempore steterunt. Sed ante quam almanzor recederet de terra illa percussus fuit ille cum exercitu suo a deo propter peccatum presumptionis et feditatum quas fecerat in ecclesia sancti Jacobi quadam terribili et feda infirmitate quam dicunt medici dissinteriam sic quod quasi omnes sui exercitus fuerunt ibi mortui et consumpti et qui euaserunt postea mala morte scilicet subitanea finiuerunt. Et cum hoc sciuit rex beriundo misit plures gentes ad montana vbi se eleuauerant sarraceni remanentes et omnes ibi occisi sunt sic quod vnus eorum non remansit et almanzor reuersus fuit in terram suam cum paucis.

Vincunt christiani perempta multitudine sarracenorum per comitem castelle Garsias fernandi.

SEptuagesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimo quadragesimo septimo. Tunc quidam sarracenus qui dicebatur abdemelique filius almanzor congregauit exercitum suum vt percurreret et destrueret terram christianorum. Qui perueniens vsque ad ciuitatem legion. destruxitque quecunque reliquerat almanzor pater eius tam in muris quam in turribus vsque ad pauimentum vt non possent amplius illud edificare christiani. Sed supradictus comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra eum cum multitudine militum et peditum qui fecit predictum sarracenum eleuari a predicta ciuitate secutusque est eum fugientem et interfecit plures sarracenos sic quod ille sarracenus cum magna pena et periculo reuersus est in ciuitatem corduben. nec amplius ausus fuit attemptare percurrere terram christianorum.

Hoc bello vincunt christiani mortuo almanzor ac peremptis innumerabilibus sarracenis per regem beriundo.

SEptuagesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimo quadragesimooctauo. Tunc supradictus rex legionis donus beriundo videns mala que sarraceni continuo inferebant christianis scripsit regi garsie nauarre et predicto comiti castelle garsie gundisalui. et propter fidei et salutem patrie confederati sunt contra sarracenos et produxit exercitum suum magnum. Rex predictus beriundo et licet infirmus esset fecit se deduci in lecto cui coniunctus est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in persona, sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti coniuncti sunt in quodam loco prope seneam qui dicitur arabice canatañasor quod nostra lingua dicitur arcamborum.

Almanzor etiam de quo supra dictum est p traxerat exercitum suum magnum et intrās per castellaȝ destruxit quicquid inuenire poterat. Cum ergo peruenit ad eos habuit cuȝ illis prelium suum magnum quod durauit per totam vnam diem vsqȝ ad noctem sic ꝙ vna pars alterā deuincere nō poterat. mortui tamen sunt ex parte sarracenorum quasi sine numero et dimissum est belluȝ propter noctem superuenientem alias ibi fuisset captus vel mortuus almansor. Cum ergo vidit predictus almanzor destructionem gentis sue non fuit ausus expectare bellum sequentis diei et fugit de nocte. cūqȝ peruenisset ad locum qui dicitur bolgaccorax pre dolore et tristitia infirmatus est nec vltra āpli⁹ comedit et bibit et sic mortuus ē sepultusqȝ est in medina celi. Rex autem predictus cuȝ omnibus alijs christianis sequenti die parauerunt acies suas ad bellandum cogitantes sarracenos stare in tentorijs suis et cum hora diei spectarent et nullum sarracenuȝ inuenerunt accesserunt ad eoruȝ tentoria et expoliauerunt campum. Comes vero garhias fernandi secutus est sarracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserunt viui et reuersus est cuȝ multitudine captiuorum. Sic ergo peruersus ille almanzor qui sepe in bellis cōtra christianos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xpianis fuit victus et mortuus. Illa autem die qua almanzor fuit victus et mortuus fuit visus ꝗdaȝ homo sub figura pastoris in litore galdaquenir. Clamans ac magnum planctuȝ faciens. Dicebat enī primo in arabico et deinde lingua castellana. Incanantarazor pdidit almanzor potestatem et fastum suum ac leticiam. Cordubeñ. autem quando volebant ire ad illum hominem et ab eo querere quis erat et cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum et non videbant eum. Iterū apparuit in alio loco dicens in lingua nr̄a en canantarazor perdio almanzor elātabor. Creditur ꝙ ille dyabolus in figura hominis qui dolebat de destructione sarracenoruȝ ppter mala que inferebāt christianis sub duce pessimo almanzor. Sequenti anno mortuus est feliciter predictus rex beruudo et sepultus est in ciuitate legioneñ. in ecclesia sā cti iohānis baptiste regnauit. xxvij. annis. Et successit in regno rex alfonsus quintus filius eius et incepit regnare cum esset etatis quinqȝ annorum.

¶ Hoc bello vincunt sarraceni et capitur ciuitas Abuleñ. moriturqȝ in carceribus comes Garsias fernandi

Septuagesimūterciū bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoquinquagesimonono. Et regnante in regno legionis alfōso quinto predicto Tunc propter discordiam magnam inter predictum comitē garsiam fernandi et filium eius sancium sarraceni congregauerunt exercitum magnuȝ et venerunt vt percurrerent terram christianorum ceperuntqȝ abulam que tunc populata fuerat. Deinde venerunt boromam et sanctum Stephanum destruxerūt. Destruxeruntqȝ villam et per totam illam terrā crudeliter occidebant christianos. Cum auteȝ predictus comes sciuit amaram destructionem non potuit sustinere. et licet gentes sue essent diuise inter se et filium eius proposuit mori pro defensione patrie. Venit ergo viriliter contra sarracenos bellauitqȝ cū eis animose. sed deo permittēte victus fuit in bello et captus a sarracenis. sed paucis elapsis diebus mortuus est in carcerib⁹ de vulneribus que receperat in bello et successit in comitatu castelle predictus filius ei⁹ sancius qui postmodum optime defendit terrā suam et lucratus est penāfial et sepulnedam madenedum montcion et recuperauit gormacium et sancū stephanū et oxomaȝ que perdita fuerant cum eius pater esset in carcere. Iste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ non contribuerent nec irent in exercitū nisi dominus daret eis solidum suum quia ante contribuebant et ibant in exercitu sine solidata.

¶ Bello. lxxiiij. vincunt chr̄iani per regeȝ alfonsum quintum et vindicatur mors comitis Garsie fernandi.

Septuagesimūquartū bellū int̄ sarracenos et xpianos accidit āno dn̄i

nongentesimoseptuagesimo tercio Tunc predictus rex Alfonsus quintus et comes castelle sancius non potentes sufferre iniuriam quam fecerant sarraceni in occisiõe comitis garsie fernandi congregauerunt exercitũ magnum vna cum adiutorio nauarrorum propter fedus quod inierat pater regis alfonsi cum eis et peruenit ad regnum toleti comburens et destruens quicquid inueniri poterat. Et pertransiens inde peruenit vsq ad ciuitatem cordubeñ. depredãdo et destruẽdo gladio et igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes sarraceni vt eos dimitteret in pace dederunt ei magnũ thezaurum et plurima dona. Similiter rex toleti et cordubeñ. et reuersi sunt in terram suam vindicata morte predicti comitis et cũ magnis diuitijs et honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. que destruxerat almanzor et filius eius. regnauitq. xxvij. ãnis. et mortuus est in portugalia Congregauerat enim exercitum suũ magnum ex desiderio seruiendi christo. et iuerat in predictam terraz vt caperet villam illam que dicitur viseo que tunc erat sarracenorum. et cum die quadam in armis respiceret hincinde murũ vt videret portam debiliorem ad conquirendum percussus fuit sagitta in spatulis et sentiens se vulneratũ ad mortẽ facto testamẽto et perceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominuz et sepultus est in ciuitate legioneñ apud patrem suum supradictum. Regnauitq pro eo filius eius donus beriundo tercius.

Vincunt christiani et liberatur Pampilona a manibus sarracenorum

Septuagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus Tunc enim tempore yemis venerũt sarraceni in multitudine graui vt caperent et frangerent ciuitatem pampilone. Rex autem sancius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur derontes valles et cum sciuit doluit vehementer et collecto exercitu suo disposuit se magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit q aliter trãsire non poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotularium pro se et pro omni gente sua et sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno. licet cum magna pena et propterea dictus fuit postmoduz rex sancius ab arca. Cum ergo fuit mane apparuit subito irruens super sarracenos qui obsessam tenebant ciuitatem et tot interfecit ex eis q vix remansit qui posset renunciare in partibus suis que acciderent ibidem. Iste rex ambulans cum suis abarcis fecit multa bella cuz sarracenis et conquisiuit multa loca in celtiberia et in carpentania que vsq in hodiernum diem dicuntur donisancij abarca. Regnauit. xxv. annis et successit ei in regno nauarre filius eius donus garsias tremerosus. sic dictus quia cum ingrediebatur bella tremebat valde in principio licet post ingressũ esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut pater. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dictus sancius maior. Hic duxit in vxorem dominam eluiram filiam comitis sancij castelle ex qua habuit duos filios quorum vnus fuit dictus donus garsias et alius donus fernandus. Quorum pater non remanente prole infantis garsie filij comitis sancij castelle cepit comitatuz castelle ex parte vxoris sue. Et ipso mortuo donus fernandus filius eius qui duxerat in vxorem dominam sanciam sororem regis legionis doni beriundi de quo supra dictũ est de eius consensu in eius nuptijs ductus est rex castelle. Rex autem predictus donus beriundo regnauit in regno legionis decem annis et mortuus est in quodam bello qd accidit sibi cum predicto rege fernãdo et fratre eius rege garsia nauarre quod bellũ fuit celebratum prope Carrionem in quodam loco qui dicitur nantada in valle tamaron sic plenius continetur in generali hystoria hyspanie. et sepultus est in ciuitate legioneñ. cũ vxore sua domina Therasia. Quo mortuo predictus rex fernãdus collecto exercitu suo iuit legionem et obsedit eam et finaliter receptus est in regez legionis quia ei pertinebat et sic coniuncta sunt ista duo regna et ipse dictus rex castelle et legionis et vocatus fuit rex fernandus magnus.

Vincunt christiani et capiuntur quinq reges sarracenorum per rodericum

Septuagesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini Millesimo. xvi.

Regnante in regno castelle et legiōis supra
dicto rege fernando magno. Tunc excitauit
deus quendam virum sibi dilectū et armis
strenuum dictum rodericum de viuar. Iste
fuit filius cuiusdam nobilis militis qui di
cebatur Nunius laynes quē genuit ex vxo
re sua legitima terasia Nunens filia comi
tis Nuni aluarof de maya. lz aliqui alia as
serant tamen hec est rei ueritas sicut patet in
cronica predicti regis fernandi magni. Cū
ergo ingrederentur eo tēpore quinqz reges
sarracenorum vt percurrerent castellam tran
sierunt super ciuitatem burgen. ad montes
doca et percurrerunt ville foratum et sanctū
dominicum de la calsada et lucromū et nay
aram totamqz illam terrā et extrahebat ma
gnam prisam captiuorum bestiarum gregū
et armentorum. Cum ergo ipsi irent cum tā
grandi preda predictus rodericus conuoca
uit totam illam terram et dedit illis saltum
in montibus doca. bellauitqz cum eis et de
uicit eos cepitqz predictos quinqz reges vi
uos et cepit totam predam suam ac cum il
lis captiuis regibus et cū tota preda venit
ad matrē suā et diuisit spolia nobilibus et
omnibus alijs qui fuerunt cum eo in bello
et facta est leticia magna ac laudauit deum
propter victoriam et mercedem quam sibi
fecerat. Dixitqz non habeo pro bono tenere
reges captiuos. sed habeo pro bono libera
re eos vt vadant libere in terrā suam. Sol
uit ergo illos quinqz reges sarracenos. et p̄
cepit q̄ abirent. sz et ipsi regratiati sunt ꝓpter
tantum beneficium venientesqz in terram
suā benedicebant ei et miserūt ei parias co
gnoscentes se volūtarie suos esse vasallos.
Hic rodericus peregrinans in sanctum iaco
bum recepit beatum Lazarum sub specie le
prosi in societate sua in mēsa et lecto quem
inuenit iacentem in luto in via. horrentibus
ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa
quia secum fuit in lecto cum dormiret roderi
cus insufflauit ille leprosus flatu magno p
spatulas roderici sic q̄ flatus ille peruenit
vsqz ad pectus et euigilans non inuenit le
prosum illum apud se. nec amplius eum vi
dere potuit, licet a lecto surgeret et eum dili
genter quereret. Reuersus ergo ad lectum et
luminaribus incensis cum diligenter cogi
taret in his que sibi illo leproso acciderant
post paululum Ecce apparuit vir quidē al
bis indutus vestibus qui dixit ei. Roderi
ce dormis. Tunc respondit et dixit. nō dor
mio. sz qs es tu qui cū tāta claritate et odo
re venis. Tunc ille respondit. ego sum san
ctus lazarus quem tu recepisti et cui multa
bona fecisti sub specie gaui ex dei amore et
propter honorem et bonum quod mihi fe
cisti concedit tibi deus vnum magnum do
num q̄ cum flatus ille quē sensisti tibi eue
nerit. scias pro certo q̄ omnia que incepe
peris in bellis vel alias omnia feliciter cō
summabis. Tuus honor crescet de die in
diem et erit timor tuus super sarracenos et
christianos sed et inimici tui tibi nunq̄ no
cere poterunt moreris morte honorabili
nunq̄ eris victus sed semper victor existēs
quia deus concedit tibi suam benedictio
nem. fac ergo semper bonū. et sic disparuit.
Ille autem surgens a lecto genibus flexis
in terra fudit orationem suam ad deū gra
tias immensas agens propter tanta bene
ficia sibi largita. Hic post peregrinationem
suam intrauit in campum cū Martino gun
disalui dessiat et occidit eū propter q̄ lucra
tus est ciuitatem calaguritanam pro rege
fernando quia erat questio super eadem in
ter predictum fernādum regem. et regem ra
mirum arragonie cuius esset et facta est con
cordia inter eos q̄ illi duo milites pugna
rent et pari victoris ciuitas concederetur

¶ Hoc bello vincunt christiani et occiditur
alymaymon rex sarracenorum.

SEptuagesimumseptimum bellū
inter sarracenos et christianos acci
dit anno domini millesimo decimonono.
Tunc rex garsias nauarre et rex sarracenorū
Alymaymon congregauerunt exercit⁹ ma
gnos et in loco qui dicitur recumasera factū
est prelium magnum et mortuis plurimis
sarracenis victus est rex alymaymō et mor
tuus in bello a predicto rege garsia.

¶ Christiani vincunt per rodericum de vi
uar peremptis plurimis sarracenis.

S Eptuagesimumoctauū bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno domini Millesimo.xxvij. Tunc cum supradictus rex fernādus magnus esset in galecbia venerunt sarraceni cum exercitu magno vt conquererent extrematuram. gentes vero illius terre miserunt veloces nuncios predicto roderico viuar vt eis succurreret qd cum audiuit non detinuit se sed misit statim pro parentibus et amicis suis et venit cōtra predictos sarracenos qui deducebāt predā magnam captiuorum greguz et armentoz et inuenit eos inter adcensiam et sanctuz stephanum de gormatio Irruit ergo in eos virili animo et commissum est bellum campale asperrimū vbi plurimi ceciderunt sarraceni. Deuicitq3 sarracenos et secutus est fugiētes per septem leucas occidēdo et vulnerando eos et reuersus est honorifice cum tota p̄da quam ducebant sarraceni et tot fuerunt spolia cāpi in eo q valuit. quita pars fuit ducentoz equorum et valor centum miliū marcarū argentei que omnia diuisit sine cupiditate bellatoribus suis et reuersus est in terram suam cum diuitijs et honoribus.

Hoc bello vincunt christiani per regē fernandū magnū et capitur viseū

S Eptuagesimumnonū bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno domini Millesimo.xxxij. Tunc predictus rex fernandus magnus congregauit exercitum suum magnum et iuit ɔtra sarracenos portugalie et meridie et baday⁹ quia omia hec tunc possidebāt sarraceni et cepit vinb⁹ ceam et guneam que sunt in portugalia et plura alia castra que erant circumcirca. et licz in illis remanerent sarraceni p vasallis suis fortalicia tn̄ semper permanserunt in regis potestate et obsedit viseum vbi mortu⁹ fuerat rex alfonsus socer eius ex sagitta de quo supradictum est et in tanta pressura tenuit eā obsessam q cepit eam et cepit illum sarracenum qui interfecerat sagitta regem alfonsuz Extraxitq3 oculos eius et presidit etiā ei⁹ manus et pedes. In his rodericus supradictus fuit strenuissimus miles.

Vincunt christiani et capitur lameguz et plura alia loca per fernandum magnum

O Ctuagesimū bellū inter sarracenos et xpianos accidit āno domini millesimo.xxxiij. Tunc supradictus rex fernandus magnus cōgregato exercitu suo iuit super lamegum et licet ciuitas esset fortissima statim tamen obsedit eam et tot ingenia ac castra lignea posuit circumquaq3 et tamfortissime conquestauit eam q vi armorum cepit eam in qua inuenit multitudinem diuitiarum et cepit captiuos omnes sarracenos quos intus inuenit quorum maiorem partem retinuit pro edificatione ecclesiarum que prostrate fuerant et post hec iuit super castrum sancti martini quod iacet super riuum de malua et cepit eum ac deinde obsedit tarasam et cepit eam. Reuersusq3 est in terram suam cum diuitijs et honore.

Isto bello vincunt christiani et post septem annos capitur conubra per regem fernādum magnuz aperiente sancto Jacobo portas ciuitatis.

O Ctuagesimumprimū bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini Millesimo.xxxv. Tūc predictus rex fernandus magnus congregato exercitu suo voluit habere conubram et consilio predicti roderici de viuar peregrinatus ē in sanctum Jacobum dixit enim sibi q deus iuuaret eum ad capiendum illaz et insuper quod in reditu volebat q eum faceret militem et q credebat se recepturum militiaz cōtra conubram. Acquieuit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas per viam distribuens et mansit ibidem in oratione tribus diebus petens a deo adiuuari in eo q desiderabat meritis apostoli iacobi. Venit ergo post hoc cuz exercitu suo magno et obsedit conubram positisq3 ingenia et castra lignea circumquaq3 sed villa erat tamfortis et tammagna q septez annis stetit in eius obsidione et propter tantam dilationem temporis et inopiam victualium iam volebāt christiani dimittere obsidionem. sed monachi cuiusdam monasterij qui vsq3 in hodiernum diem dicitur lamano viuētes de labore manuū suaz ex lōgo tp̄e fecerāt magnaz

prouisionem victualium secrete habebant enim multitudinem tritici et ordei milij et leguminum sentientes ergo quod rex volebat recedere venerunt velociter ad regem et dixerunt ei quod non amoueret obsidionem quia ipsi darent cibaria ex his que longo tempore congregauerant et factum est sic. Nam dederunt sufficientiam exercitui quousque sarraceni deficiebant fame. fames ergo et pugna sine intermissione deduxerunt sarracenos ad hoc quod venerunt et procedentes ante regem fernandum petierunt pro mercede solam vitam et quod darent ei villam et omnia bona que habebant. Huius ergo rex concessit eis vitam et ipsi dederunt ei villam quadam die dominica hora tercia. Sed interim quod predictus rex erat in predicta obsidione accidit quod quidam episcopus grecie dictus Assianus peregrinatus est in sanctum iacobum et cum esset ibidem audiuit ab hominibus ciuitatis quod sanctus iacobus apparebat sicut miles in bellis christianorum succurrens eis quod verbum displicuit sibi et dixit non vocetis eum militem sed piscatorem. Et cum in hoc pertinaciter permaneret placuit deo quod eidem dormienti apparuit sanctus iacobus portans in manibus quasdam claues et dixit ei hylan vulsu tu tenes in derisum quod me dicunt militem christiani et asseris quod non sum miles. Ideo nunc veni ad te vt hoc tibi ostendam nec amplius dubites de militia mea quia sum miles ihesu christi et adiutor christianorum contra sarracenos et cum hoc diceret traditus est sibi equus albissimus in quam apostolus ascendit armatus omnibus armis mirabiliter splendentibus ad modum militis et dixit ei quod volebat ire in adiutorium regis fernandi qui iacebat super conubriam iam septem annis eam obsidentem et vt sis magis certus dico tibi quod cum his clauibus quas in manibus teneo cras hora terciarum aperiam ei portas ciuitatis conubre et dabo eam regi fernando quibus dictis disparuit. euigilans ergo a somno predictus episcopus assyanus bono mane conuocauit clericos et omnes habitantes in ciuitate. dixitque eis que viderat et audiuerat diem et horam signatam apertionis conubre et sicut dixit veridice sic repertum est. Et tunc predictus rex cepit predictam ciuitatem et fecit militem predictum rodericum de viuar in maiori mesquita conubre cingende sibi ensem et dando ei pacem in ore et fuit vocatus mi das et reuersus est rex per sanctum iacobum in terram suam cum honore.

Vincunt christiani et capiuntur ac destruuntur plurima loca per regem fernandum magnum et efficitur tributarius rex toleti.

Octuagesimum secundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini Milesimo. xliij. Tunc predictus rex fernandus magnus congregato exercitu suo magno ad perquirendam terram sarracenorum conquisiuit quedam castra. Unde plurima mala eueniebant christianis scilicet gormano vadum regis aguileram barbingiam ubam sanctum mozam et multas alias turres. Unde speculabantur sarraceni propter quas christiani erant discooperti cum intrabant terram illam quas omnes destruxit. Destruxit etiam plura alia fortalitia que erant in valle de bargetemus et in circuitu tirazone vsque medinam celi et exinde venit in cantabriam et expulit inde sarracenos posuitque eam sub dominio suo et omnia montana ducem destruxit igne et ferro. Et exinde venit toletum et perimit plurimos sarracenos et captiuauit destruxitque talamancam. alcalam ozedam et lucratus est plurima alia loca regni toleti et multitudinem diuitiarum que omnia dimisit cum militibus suis. Et exinde venit super gnadal et faiariam et obsedit eam nec requies dabatur habitantibus in ea pre multitudine ingeniorum et machinarum quare illi sarraceni habuerunt mittere nuncios suos ad regem toleti vt liberaret eos bello vel donis. Rex ergo ille Almaymo multitudinem auri et argenti multosque pannos preciosos misit regi fernando petens treugas vt venirent ad eum securi quod ei concessum. Venit ergo rex ille sarracenus et factus est vasallus regis fernandi sic quod quolibet anno dabit ei parias et reuersus est rex fernandus in terram suam cum magnis diuitijs et honore.

Vincunt christiani per regem fernandum magnum et efficitur tributarius rex hyspalensis. ac defertur corpus beati ysidori in ciuitatem legionensem.

Octuagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini Millesimo. l. Tunc predictus rex fernandus magnus congregato exercitu suo venit in portugaliam et obsedit montem maiorem ubi plurima damna recipiebat conubria et tam fortiter expugnauit eam machinis suis quod breui tempore habuit eam. Ibi apparuit strenuissimus miles rudas de uiuar qui vadens ut obseruaret colligentes herbam tres luces sarracenorum occidit. Mouit ergo rex illustris exinde exercitum suum in algarbium comburens et destruens quicquid inuenire poterat captiuando destruendo et occidendo sarracenos quousque peruenit ad ciuitatem hyspalen. Et tunc benabadmech alimucanus rex hyspalen. videns perdam et magna damna que per suum regnum rex fernandus faciebat misit ei nuncios suos cum magnis diuitijs et factus est eius vasallus concedens ei parias quolibet anno. Rex autem fernandus habito consilio suorum recepit eum in vasallum et dona petiuitque ab illo rege sarraceno corpora sanctarum iuste et rufine. Si volebat eius amorem habere. Respondit rex sarracenus quod nesciebat ubi erant illa corpora, Ueruntamen quod si ipse sciret vel quicunque alius quod sibi placebat et non solum illud sed in omnibus alijs in quibus sibi posset complacere. Et tunc reuersus est rex fernandus samoram cum magnis diuitijs et honore et populauit eandem ciuitatem que a tempore almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos episcopos scilicet legionen. et astoricen. et comitem minium ac duos diuites viros ad regem hyspalen. pro honorabilibus illis corporibus sanctarum iuste et rufine. Qui cum peruenerunt ad predictam ciuitatem hyspalen. recepit eos ille rex sarracenus cum honore et exposita ambasiata rex habito suo consilio respondit quod de corporibus illis nihil sciebant, Ueruntamen quod daret eis parias. Episcopi autem illi cum sancti viri steterunt in oratione tribus diebus et ieiunijs quibus sic in oratione permanentibus apparuit sanctus ysidorus dicens eis. Serui dei non est voluntas dei quod corpora beatissimarum virginum iuste et rufine extrahantur ab hac ciuitate quia hec ciuitas debet conquiri a christianis et vult quod hic maneant pro consolatione eorum. Sed deus habet pro bono scilicet per vestram sanctitatem et propter honorem regis fernandi a quo recepit multa seruitia quod deducatis corpus meum in ciuitatem legionen. Et cum audiuerunt timuerunt timore magno et steterunt per aliquam moram attoniti et muti propter magnam claritatem et sentientes mirabilem et non assuetum odorem et tunc sanctus ille confessor ysidorus fecit signum crucis super eos et statim redierunt in se ipsis et interrogauerunt eum quis esset. Qui respondit ego sum ille ysidorus qui fui archiepiscopus hyspalen. tunc facta gratiarum actione petierunt ab eo quod eis ostenderet locum sepulture et ostendit eis dando certa signa eis quomodo iacebat in sibilia veteri et disparuit ab oculis eorum. Illi vero venerunt ad regem dicentes quod volebant ei ostendere quod petebant placuit regi et venit cum militibus suis ad locum signatum et fodientes presente rege inuenerunt sepulchrum sancti confessoris et aperientes sepulchrum exiuit odor mirabilis in modum aliuisqui et balsami qui profuit in salutem non solum christianorum sed etiam sarracenorum et extracto corpore honorifice inuoluerunt ossa illa nobilibus pannis et rex propter miraculum quod viderat doluit de concesso et voluit accipere illud si potuisset. Sed cum hec cogitauit amplius corpus illud videre non potuit et motus est intellectus eius in aliud sic quod obliuioni tradidit que cogitauerat et post hec mouerunt se episcopi ac alij ambasiatores cum precioso illo corpore per viam suam plurimis miraculis choruscando. et cum peruenerunt legionem et rex fernandus suscitauit ad eos cum solenni processione. et cum magno honore posuit illud sanctum corpus in quodam monasterio quod ipse fecerat in monumento aureo super altare maius et exinde ecclesia illa vocata est sanctus ysidorus quam dotauit lapidibus preciosis auro et argento ac plurimis possessionibus. Est autem monasterium illud quod ego vidi canonicarum regularium ubi sunt sepulture multorum regum quorum ymagines tenent cruces in manibus sinistris et in dextris enses euaginatos.

¶ Uincunt christiani per regem fernandum magnum et subiugatur celtiberia et carpetania ac liberatur hyspania a subiectione imperatorum romanorum.

Octuagesimumquartum bellum in
ter sarracenos et christianos accidit
circa predicta tempora. Tunc enim
p̃dictus rex fernandus magnus ad requisi
tionem regine domine sancie vxoris sue cõ/
gregauit exercitum suum magnũ contra sa
racenos carpentanie et celtiberie que sibi re
bellauerant dedit(que) ei p̃dicta regina de suis
thezauris magnas diuitias pro stipendijs
militum. Cu(m) ergo p̃dictus rex peruenit ad
terras illas intantu(m) confregit illas et tot sa/
racenos occidit et captiuauit (quod) per vim et
contra eorum voluntatem reduxit terras il/
las ad pristinam seruitutem. et reuersus est
in terram suam cum magnis diuitijs et bo
nore dedit(que) regine in recõpensatione(m) cor(um)
que sibi pro exercitu suo dederat omnes pa
nas illorum saracenorum. Celtiberia est il/
la terra que vadit a sancto sebastiano ex p(ar)te
occeani maris indirectu(m) vs(que) mare cesarau
guste quod ẽ mare mediterraneũ et ex fluie
ybero vs(que) ad regnum murcie vocat(ur) carpen
tanea. Iste rex fernandus liberauit regnu(m)
ne esset subiectu(m) impatori nec recognosceret
superiorem in temporalibus et hec fuit cau
sa quare fuit vocatus magnus sicut plenius
continetur in generali hystoria hyspanie.
Hinc illustri regi beatus ysidorus reuelauit
diem mortis sue vt se disponeret pro ingres/
su beatitudinis eterne qui venit an(te) corpus
beati ysidori et genibus flexis ac coronatus
regia corona sic orauit Dñe ihesu x(rist)e cuius
est omnis potestas et omne regnu(m) quia tu
es rex omnium regnorũ. et rex omnium gẽ/
tium. domine reddo tibi nunc regnũ quod
mihi dedisti sed peto pro mercede (quod) anima
mea sit posita in luce cuius non est finis qui
bus dictis expoliauit se vestimentis suis re
gijs auro decoratis et abstulit corona(m) quã
tenebat in capite et posuit eam super altare
et indutus est cilicio circa carnem. et iterum
fecit orationem ad deum et absolutus ẽ ab
episcopis de peccatis suis et statim ibi rece/
pit vltimã vnctione(m) sparsis(que) cineres super
se et p̃cepit se deduci in peregrinationem ad
sanctã mariã de almasam que est (pro)pe ca
besom vbi nouem dieb(us) sicut et appropin/
quãte morte fecit se deduci in cabesom et or
dinato testamento suo diuiso(que) regno trib(us)
filijs sc(ilicet) Sancio alfonso et garsie post peni
tentiam lachrimabilem triũ dieru(m) die quar
ta que fuit dies sancti iohannis baptiste ho
ra sexta data benedictione filijs suis migra
uit ad dominum sepultus est in ecclesia s(an)c(t)i
ysidori ciuitatis legionen(sis). iuxta patrẽ suu(m)
quem ipse de cõnã fecerat deduci. Regnauit
viginti duobus annis et sex mensib(us) et suc
cessit ei in regno castelle Sancius filius ei(us)
primus Alfonsus in regno legionis et gar
sias in galecia et portugalia.

Vincunt christiani et efficitur tributarius
rex cesagaruftanus per regem sanciũ castel/
le et quõ proditorie per vellido dolpho oc/
ciditur rex iste sancius secundus rex castelle

Octuagesimumquintum bellum in
ter saracenos et x(rist)ianos accidit an/
no domini Millesimo sexcentesi
mo septuagesimo Tunc p̃dictus rex Sanci(us)
videns (quod) rex fernandus pater suus pro bo
nore fidei x(rist)iane conquestauerat (pro)uincia(s)
portugalie et lucitanie hyspalen(sis). cordubẽ(sis).
tolen. celtiberie et carpẽtanie sunt(que) reges ea(rum)
facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu
venit sup(er) ciuitatem cesaraguftanam et ob/
sedit eam ac cu(m) ingenijs et machinis pluri
bus de die et nocte eam fortissime expugna
bat (pro)pter quod post multa damna que re/
cepcrunt saraceni rex ciuitatis misit regi San
cio multitudinem magnã auri et argenti ac
lapidum p̃ciosor(um) et factus est eius vasall(us)
cum tota terra sua et tributari(us) cu(m) omnibus
ei(us) sic (quod) quolib(et) ãno darent ei certũ quid et
firmata hac pace. Reuersus est rex sanci(us) in
terrã suã cu(m) diuitijs et honore. Iste rex san
cius nõ fuit cõtentus de diuisione regnoru(m)
quã fecerat pater eius fratrib(us) suis. Et ideo
desiderio habẽdi omnia regna. l(icet) penã p̃di
tionis posuisset pater cuicu(m)(que) eorũ frangẽ
ti dispositõnem eius Congregauit exercitũ
magnũ. et iuit Primo contra rege(m) garsiam
fratrẽ eius qui erat rex portugalie et galecie
Et post plurima bella deuicit eu(m) et captu(m)
carceribus mancipauit Deinde bellauit cõ/
tra regem alfonsum fratrẽ suum qui erat rex
legiõis et deuicto eo in cãpo atq(ue) capto po
suit eum etiam in carceribus. licet precibus
aliquorum fuerit solutus cum conditõne (quod)
efficeretur monachus et sic factum est. quia
in monasterio sancti facundi accepit habitũ
monachalem sed non permansit q(uia) dimisso

hobitu recessit et venit ad regem alymaymō toleti cum quo moratus est honorifice vsqȝ ad mortem fratris sui regis sauciȷ. Sicut ergo mansit rex saucius rex castelle legionis et portugalie. sed adhuc nō contentus voluit capere Samorā quam dederat pater suus sorori sue dñe vrrace. Venit ergo super eandem ciuitatem et post plurima bella exiuit proditor quidem de ciuitate qui dicebatur vellido dulpho qui factus priuatus regis quia ꝑmisit sibi dare modum quomodo ciuitas caperetur. Rogauitqȝ regem die quadam vt ambo irent soli lentis passibus vt viderent circunquaqȝ ciuitatem et ꝙ ei ostēderet locum ingressus. Cum ergo iuissent et cum rex locuȝ vidisset descendit ab equo circa flumē vt solaciaretur. tradiditqȝ venabulum quoddam deauratū quod manu gestabat predicto vellido dulpho ipse vero secessit ad secreta nature que cum ꝓditor ille ex aduerso cerneret inclinatum percussit regem per spatulas sic ꝙ venabulum per pectora eius exiuit subito fugiens recepit se in ciuitatem. Sic ergo maledictio paterna comprehendit eum vt sic ꝓditorie moreretur. Jacet sepultus in monasterio deonam. et successit in regnis predictis Rex alfonsus quia rex garsias mortuꝰ erā fuit in vinculis vt plenius ista ꝯtinentur in generali hystoria hyspanie.

Vincunt xp̄iani per regē alfonsum sextū et ostēditur cōfirmatio iuramēti in libertate

Octuagesimū sextum bellum inter saracenos et xp̄ianos accidit anno domini Millesimooctuagesimotercio Tunc predictus rex alfonsus sextus qui dictꝰ fuit brano pꝰ mortē regis sauciȷ fratris sui qui decesserat sine prole habuit omia regna eius pacifice et in tanta pace et iusticia tenuit regna sua qualis non fuerat post excidium hyspanie. Hic ergo rex propter quedam federa et iuramenta que fecerat regi toleti alymaymon cum fuit in eius potestate scilicet nunq̄ eundi contra eum nec contra filium eius et adiuuandi eum cōtra quemcunqȝ contrarium cum audiret ꝙ erat obsessus a rege cordubeñ. congregauit exercitum suum magnum et venit in eius succursum. Cum ergo cognouit rex cordubeñ. ꝙ rex alfonsus in multitudine graui veniret et esset in cliuas timore magno perculsus fugit et tūc iteruȝ rex alfonsus firmauit federa predicta tenens in potestate sua regem toleti in tentorio suo inuitatum et circundatum quingentis milibus armorum sicut et ipse tenuerat eum in ciuitate toleti ne videretur iuramēta seruare que fecerat Existens in alterius potestate sed libere et post hec ambo reges cuȝ exercitibus suis mouerunt se contra terram regis cordubeñ. cremantes et destruētes villas loca et castra ac quecunqȝ inuenire poterant et reuersus est rex alfonsus in terrā suā cum diuitijs et honore.

Vincunt xp̄iani et efficiuntur tributarij omnes saraceni hyspanie per regem alfonsum sextum.

Octuagesimumseptimū bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini Millesimooctuagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsꝰ sextꝰ brano tercius rex castelle congregauit exercitum suum magnum et intrauit terram saracenorum comburens et destruens quicquid inuenire potuit et tantum timorem incussit saracenis ꝙ omnes saraceni totius hyspanie facti fuerant tributarij.

Vincunt xp̄iani et imponit̄ nomen roderico de viuar Cid adriudas cāpeatore.

Octuagesimumoctauuȝ bellū inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimooctuagesimo quinto. Tunc predictus rex alfonsus sextus tercius rex castelle misit rodericum didaci q̇ a quinqȝ regibus quos deuicerat vt supra dictum est fuit cognominatus lingua arabica Cid quod idem est ꝙ dominus ad regeȝ hyspaleñ. cordubeñ. et granate. Inter quos tūc magna versabat̄ discordia et inimicicia et multi milites nobiles regni castelle iuuabant almudafar regem granate cum potestate sua. Qui omnes iuerunt contra regem hyspaleñ. et licet predictus adriudas scripsisset regi granate ꝙ non bellaret contra regeȝ hyspaleñ. quia erat vasallus regis alfonsi

noluit acquiescere precibus eius sȝ intrauit
et destruxit vsqȝ ad locum qui dicitur cabra
quicquid inuenit. Quod cum cognouit pre
dictus adruidas congregauit omnes sara/
cenos et christianos quos tunc habere po/
tuit et iuit virili animo contra eos. Sed pe
tentes cum milites qui erant cū rege gra/
nate nunciauerunt ei ꝙ non exirent contra il/
la propter eū nec propter alios sibi similes
Quo audito cogitauit ꝙ non esset ei honor
si non cōmitteret eos, venit ergo contra eos
et bellauit cum eis in campo et durauit bel/
lum ab hora terciarum vsqȝ ad sextam horā
et ceciderunt multi ex parte regis granate ac
deuicit eos fugieruntqȝ ꝑ vim a campo sara
ceni et cepit in bello comitem garsiam ordo
neum et alios milites qui iuuabant sarace/
nos tenuitqȝ eos in vinculis tribus diebus
et trib⁹ noctibus et dimisit eos. precepit er/
go victoris habitu spoliari campum et red
didit predam quā portabat regi hyspalen̄.
sic vt vnusquisqȝ cognosceret que sua erant
et reuersus est ad regem alfonsum cum ma/
gnis diuitijs et honore et cum parijs predic
ti regis hyspalen̄. Et extunc saraceni et xpi/
ani vocauerunt eum adruidas campeatore
que omnia multum placuerunt regi alfōso.

Vincunt xpiani et capiuntur septem mi/
lia saracenorum per cid campeatorē et quō
per inuidiam expellitur a regno.

Octuagesimumnonum bellum in/
ter saracenos et xpiano accidit post
ꝑdictū bellum paucis sclapsis die/
bus. Nūc enim rex alfonsus sextus ꝑdictus
Congregauit exercitum suū magnū contra
uit terram saracenorum in vuādalia vbi plu
rima damna eis intulit. Sed cū ipse esset in
partibus illis bellans cōgregati fuerunt ex
aduerso plurimi saraceni et intrauerūt ꝑ re/
gnū castelle obsederuntqȝ gormaciū et fe/
cerūt in terra illa multa mala et damna. Cid
autem adruidas campeator qui remāserat
infirmus in recessu regis etiam conualesce/
bat audito damno quem saraceni faciebāt
congregauit omnes gentes quas potuit et
iuit contra terram toleti et percurrit illam de
struens quicquid inuenire poterat et dedu/
xit secum preter alias diuitias septem milia
saracenorum inter viros et feminas. et sic re

uersus est in castellam cū honore. Istud
factum seminarium inuidie fuit inter milites
castelle, Et ideo tenuerunt modum cū rege
alfonso ꝙ cum campeator esset expulsus a
regno et sic factum est et cum recederet noc
te quadam cū dormiret dictum est ei in visiōe
vade audacter et noli timere semꝑ tibi bene
erit dum vixeris eritqȝ diues et honoratus
et in suo recessu cepit vnū castrum saracenorū
quod iacet super henares et dicitur castreyō
gentes vero sue percurrerunt terraȝ illam vsqȝ
guadalfaiarā. Et congregans omnib⁹ spo
lijs quinta pars deputata ipsi cū fuit vendi
ta saracenis ꝑcio trium milium marcharum
argenti.

Vincunt christiani et capitur alcozar per
Cid campeatorem.

Nonagesimum bellum inter sarace/
nos et christianos accidit sequenti
die. Cum enim ꝑdictus Cid adruidas cam
peator iret in confinibus regni bellauit cum
saracenis de alcozar et occidens plurimos
eorum cepit locum illum quadam arte mi/
rabili ibi inuenit plures diuitias et istud fa
ctum magnum intulit timorē saracenis om
nibus terolij et calatayubꝗ propter qđ scrip
serunt regi valencie abuacar que acciderant
dicentes ꝙ si non succurreret eis ꝙ etiam ca
perent terram eorum.

Vincunt christiani fugatis et vulneratis
duobus regibus per Cid Campeatorem.

Nonagesimumprimum bellum inter
saracenos et christianos accidit pau
cis elapsis diebus post predictum
bellum. Quia tunc rex valencie vidit supra
dictas litteras et misit duos reges cum trib⁹
milibus armatorū iuit et cum omnibus alijs
gentibus illius frontarie veneruntqȝ supra
locū de alcozar et obsederunt ibi ipsū Cid
adruidas campeatorem cum milicia sua fe
ceruntqȝ ibi eum obsessum tribus ebdo/
madibus et abstulerunt ei aquam. gentes
autem quas cum habebat in numero erant
pauce quia solum erant quadringenti equi/
tes et trecenti pedites, Videns autem ꝙ a/
quam perdiderant die quadam parauerūt
arma sua et armauerunt se secretissime et sy

bito apertis ianuis exeuntes irruerunt viriliter in saracenos ex inspirato. ¶ Sed et illi videntes eos venire parauerunt se vt melius potuerunt et statim factum est prelium magnum cecideruntque plurimi saraceni. Sed et inter cetera strenuissima que ibi fecit Ipse ad quendam militem saracenum feriens ense in duo diuisit in duas partes vt equum suum daret cuidam militi suo qui pedes pugnabat equo suo mortuo et vnum regem illorum duorum qui dicebatur fens percussit letaliter propter quod dedit terga. Alius vero rex qui dicebatur gnalue fuit etiam percussus in capite a martino antolmes milite strenuo propter quod etiam dedit terga. Videntes ergo saraceni quod reges fugiebant et omnes ipsi timore perculsi relicto campo fugierunt et secuti sunt eos christiani occidentes et vulnerantes eos sine numero quousque peruenerunt ad portas teroli et calambij quia rex fens fugit terolium et gnalue calatambium et inde reuersus est cum bellatoribus suis ad locum vbi fuerat bellum et expoliauerunt campum vbi multas diuitias inuenerunt et inter cetera de equis saracenorum postquam congregauerunt eos quia erant sparsi inuenerunt quingentos et decem deferunt de equis christianorum quindecim et intrauerunt castrum suum de alcozar cum magnis diuitijs leticia et honore de equis vero quos habuit pro parte sua virtuosus Cid misit [...] cum sellis et frenis et singulis ensibus pendentibus et arzonibus in donum regi alfonso castelle predicto vt haberet amorem eius quia iratus erat ab eo vt supradictum est.

¶ Vincunt christiani et fugatur rex denie et comes cromani capitur per Cid campeatorem.

Nonagesimumsecundum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimooctuagesimo octauo. Tunc predictus Cid campeator cum esset eius timor super omnes saracenos cesaraugustanos valentinos et super omnes illarum partium acceptis electis militibus suis iuit ad percurrandam terram saracenorum et peruenit vsque ad locum qui dicitur buerta et vsque ad montem aluanum spacio quinque dierum et exiuit sonus eius inter omnes saracenos et christianos. propter quod comes remon berengel barchinonensis qui in sua recommendatione habebat illos saracenos coniunctus fuit benalphaie regi denie. Qui magnis exercitibus congregati secutis sunt predictum Cid campeatorem cogitantes quod ab eorum manibus euadere non posset ipse autem ad hunc deducebat magnam predam peruenerunt ergo ad eum nupmar de tonarnec predictus comes remon voluit acceptare verba honesta ipsius Cid sibi nunciantis quod nihil ducebat de suo et quod dimitteret eum in pace. Videns ergo virtuosus Cid eorum superbiam qui tollere volebant ea que ipse lucratus fuerat ab inimicis dei et legis nostre irruit in eos viriliter et ceciderunt multi ex parte aduersa. Alij vero quasi innumero fuerunt vulnerati et deuicit eos cepitque predictum comitem vnum et lucratus est illa vice ensem qui dicebatur colada. Sed post tercium diem virtuosus Cid liberauit comitem predictum et remisit eum ad partes suas cum duobus militibus.

¶ Vincunt christiani et fugatur iterum rex denie per Cid campeatorem.

Nonagesimumtercium bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimooctuagesimonono. Tunc predictus benalfaie vna cum predicto comite remon venerunt cum multitudine graui et obsederunt castrum de almenar regis cesaraugustani qui erat valde confederatus ipsi Cid campeatori misit ergo rex cesaraugustanus pro Cid campeatore sibi confederato vt succurreret castro ipsius. Qui venit super eos et commissum est durum bellum effusaque est multitudo sanguinis. sed finaliter vicit eos Cid qui nunquam victus fuerat et fugierunt a campo rex abenalfaie. et predictus comes. secutusque est eos per tres leucas occidens et vulnerans plurimos eorum et reuersus est cum multitudine captiuorum et cum magnis diuitijs et honore in ciuitatem cesaraugustanam vbi honorifice et cum magna leticia fuit receptus.

¶ Vincunt christiani et capitur castrum de iudea per Cid campeatorem qui obtinuit

priuilegia magna pro nobilibus et ciuib9 castelle.

Nonagesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini millesimononagesimo. Tunc predictus rex alfonsus sextus britano tercius rex castelle venit in succursum cuiusdam vasalli sui saraceni contra vnum vandalum qui se eleuauerat cum castro de rueda quod est prope cesaraugustam. Saracenus autem ille qui se eleuauerat cum castro habuit verbum suum cum infante ramiro qui erat ex parte regis alfonsi dicens quod volebat dare castrum predicto regi alfonso et exiuit colloquendo cum rege inuitauitque eum ad prandium infra castrum sed rex non acceptauit conuiuium illuminatus a deo quia erat conuiuium prodicionis. Intrauerunt ergo cum eo ad conuiuium predictus infans et comes garsias qui cum fuerunt intra castrum occisi sunt lapidibus quod factum nimis displicuit regi et cogitando vituperium quod sibi fecerat ille sarracenus misit pro Cid ruidas campeatore qui libenter venit ad mandatum eius et recepit eum rex honorifice. Narrauitque sibi dampna que receperat ab illo saraceno. Tunc peperat ei et inuitauit eum quod veniret secum in castellam sed noluit acquiescere quousque concessit sibi sequentia scilicet quod cum aliquis nobilis haberet exire de regno quod daretur ei spacium .xxx. dierum. Secundo quod nihil faceret contra aliquem nobilem nec ciuem nisi primo esset exauditus sicut debet esse de iure. Tercio quod nihil faceret contra foros et priuilegia ad bonos vsus villarum et locorum. quarto quod non faceret impositiones inordinatas. quinto quod si contra hec faceret quod propter hec tota terra possit rebellare et eleuari quousque fieret emenda per regem que omnia rex concessit sibi et iterum inuitauit eum quod secum veniret sed ipse noluit quousque vindicaret ipsum de illo saraceno proditore. Regraciatus est ergo rex alfonsus sibi et reuersus est in castellam. Virtuosus vero Cid obsedit castrum predictum et in tanta pressura posuit eum quousque moriebantur fame nec poterant tam bellare pre fame et volebant sibi dare castrum si saluaret vitam eorum. sed ipse noluit vt vindicaret regem cepit ergo viribus castrum et captiuauit saracenum illum aliuosalas et omnes qui erant cum eo omnes occidit preter aliuo folas proditore et aliquibus suis quos misit regi alfonso placuit ergo regem cum vidit presentem siue dominum ipsius Cid campeatoris et fecit magnam iusticiam de isto proditore et socijs eius et regratiatus est ipsi Cid quia vindicauerat eum.

Vincunt christiani et fugatur rex denie et capitur rex aragonum per Cid campeatorem

Nonagesimumquintum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimononagesimo primo Tunc predictus Cid campeator congregatis militibus suis iuit ad percurrendam terram benalfaie regis denie quod cum rex ille sciuit doluit valde et misit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cum quo erat federatus quod veniret ad adiuuandum eum contra Cid campeatorem qui etiam dolens quare cum intrauerat terram suam similiter congregauit exercitum suum et ambo reges venerunt super eum qui erat edificando quoddam castrum super modella quod dicebatur alcola parauerunt ergo ibi acies suas et commissum est durum bellum et ceciderunt multi sed finaliter habuit victoriam Cid campeator de illis duobus regibus et fuit captus rex aragonie cum multis comitibus et militibus suis. Alij vero dederunt terga et cum hac honorabili preda reuersus est cesaraugustam vbi cum magna leticia et honore receptus fuit a rege et filijs eius. Sed virtuosus Cid compaciens regi petro et suis militibus quia christiani erant soluit eos et permisit eos ire libere in terram suam Et post hec venit Cid campeator in regnum cum diuitijs et honore qui receptus fuit a rege alfonso honorifice deditque sibi multas villas et castra ac preuilegia quod quemcumque locum caperet a saracenis vel alijs inimicis esset suum iure hereditario et successorum suorum.

Vincunt christiani et capitur toletum ac plurima loca per regem alfonsum sextum

Nonagesimumsextum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimononagesimo quinto Imperante henrico et sedente in ca

thedra petri gregorio septimo. Tunc predictus rex alfonsus brano teraius Rex castelle congregauit exercitum suum magnum et venit super toletum. ¶ Erat enim iam solutus a iuramento quod fecerat alymaymon regi toleti propter eius mortem et filij sui ysen. Venit ergo predictus rex et cogitauit quomodo capere possit ciuitatem illam tam magnam et tam fortem et recordatus est verbi quod audierat cum esset sub arbore in orto regis predicte ciuitatis quando erat cum predicto rege alymaymon. Querebant enim inter se consiliarij predicti regis ipso presente rege quomodo possit capi ciuitas illa tam fortis et respondit vnus illorum quod non poterat capi nisi septem annis esset obsessa sic quod nulla prouisio possit intrare et tunc in octauo anno posset capi pre fame. Istud verbum audiuit rex alfonsus. Et ipsi cogitarent quod dormiebat. sic ergo cum venit ex hoc verbo abstulit eis panem et vinum et fructus per quatuor annos. et hoc vndique per totam terram et tenuit eam obsessam aliis quatuor annis ex quadruplici parte ciuitatis et cum intra ciuitatem esset populus sine numero defecerunt eis iam victualia et sub quibusdam pactis data est eis ciuitas in die sancti vrbani mensis may. et capta ciuitate illa que quondam fuerat honor et gloria gottorum exiuit inde et perdiuit omnes terras circumquaque et cepit tunc sanctam Eulaliam maquedam albanam argancam scalonam ozedam butragam atreusiam ozaman berlangam et medinam celi. et plurima alia loca et reuersus est toletum vbi collocauit thronum suum et fecit ibi habitationem suam et facta est mesquita maior ecclesia cathedralis dicta sancta maria et fecit quod eligeretur archiepiscopus qui esset primas hyspaniarum et dotauit ecclesiam illam pluribus villis castris locis et possessionibus honorifice sicut et nunc esset in die consecrationis ecclesie obtulerunt rex et regina de thezauris suis et posuerunt in illa ecclesia reliquiarum multitudinem quas habebant propter quas venerandas et indulgentias obtinendas concurrit ibi multitudo populi ex toto archiepiscopatu certis temporibus anni.

¶ Utinam autem christiani cruce signati transeuntes in terram sanctam et capiuntur ciuitates ricia et laudicia.

Nonagesimum septimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo nonagesimo septimo sedente in cathedra petri vrbano secundo predictus papa anno domini Millesimo nonagesimo sexto apud clarum montem aluernie in mense nouembris consilium celebrauit vbi exposita est miseria ciuitatis hierusalem dedecus christi et opprobrium nunciatur consilium et auxilium postulatur. Unde occidentis populi innumerabilis multitudo duces comites et nobiles ignobiles diuites et pauperes episcopi clerici et religiosi senes pueri et puelle dolentes loca sancta prophanari a gentibus et turcis ab appulia prouincia lingua occitana hyspania Acquitania britania normania Scocia flandria francia germania lothoringia borgundia lombardia. alijs prouincijs regnis et terris nullo vnquam angariante sed omnes pari fide et voto et deuotione iniurias christi vlturi se parentes signo crucis signati pace firmissima vbique terrarum composita de terris suis egredientes nullum in tanta multitudine regem habentes nisi christum sepulchrum ipsius tanto tempore sub seruitute redactum proponunt reddere libertati et quanto quisque pronior erat prius ad mundi miliciam tanto erat pronior modo ad dei miliciam exercendam. Iudeos vero in vrbibus quas transibant credere compellebant vel trucidabant. Unde multi zelo paterne legis mutuo se peremerunt. ¶ Alij credere se simulantes post ad iudaismum relabantur. Et si queratur quis incitauit predictum vrbanum papam vt crucem predicaret et quis tantam multitudinem commouit Respondetur quod hoc venit ex inspiratione diuina que facta fuit cuidam pauperi religioso viro gallico qui dicebatur petrus heremita. qui cum peregrinaretur in sanctum sepulchrum videns loca sancta ab impijs irreuerenter tractari. videns etiam venerabilem symonem ciuitatis patriarcham cum subditis suis viliter et cum omni abiectione et pluribus oppressionibus affligi commota sunt viscera eius vehementer et cepit anxius contristari et cogitare si commode posset afflictis subuenire. Cum autem quadam nocte do-

minice resurrectiõis in ecclesia lachrymis et orationibus domino supplicãs pernoctaret longo vigiliarum labore fatigat⁹ supra pauimentum ecclesie somno bumanit⁹ irruente cepit paululum dormitare domin⁹ autem ihesus christus apparuit ei in somnis iniungens ei legationem ad dñm papam et ad principes occidentales pro liberatione terre sancte quam legationem ipse fideliter adimpleuit veniens ad predictum papam et omnes alios principes christianos cũ litteris predicti patriarche et aliorum fideliũ hierosolimis commorantium. Sic ergo congregati sunt omnes supradicti cum petro heremita Erãt autem huius sancti exercitus eminentiores Adamarus podiceñ episcopus. Godefrid⁹ dux lotoringie. eustacius et baldonius fratres eius. Robertus comes flandriensis. Rodolfus comes metensis. Hugo magn⁹ frater regis frãcorum. Stephanus comes blesensis Raymund⁹ comes tolose et sancti egidij desimundus dux apulie. Robert⁹ comes normanie Ansbelm⁹ de aboldumũte Raymundus torene. Fertur autem quod sid ruidas campeator fuerat inuitatus ab istis principibus pro isto passio faciendo propter ei⁹ magnam famam. Sed ipse occupatus cum rege alfonso contra saracenos in expugnatione toleti et aliorum locorum vt infra dicetur, sed ab illo conuiuio facto excusauit exposita etiam sua sancta occupatione et creduntur tunc transfretasse plus quam ducenta milia christianorum inter quos Gulfrerius de turribus multos insultus hostib⁹ inferens atque damna vna die rugitum leonis a serpente circumligati audiuit qui socijs dissuadentibus accedens audacter serpentẽ truncauit leonem liberando cui⁹ rei leo immemor eũdem sequitur vt leporari⁹ et quamdiu in illa terra fuit multa fecit ei cõmoda in venationibus et bellis et quacunque vidit domino aduersari subito prosternebat nec dño redeũte in naui positum derelinquere voluit sed nautis nolentibus eum recipere vt pote animal crudele secutus est dominum suum natando per maria quousque defecit. Anno ergo predicto scilicet Millesimononagesimoseptimo exercitus domini fines paganorum attigit et factum est primum bellum magnum cum saracenis ad pontem fluminis pharphar nono kalendas marcij vbi multo saracenorũ sanguine effuso victi sunt a christianis Et capte sunt ciuitates Nicea et laodicia et licet essent tanti in exercitu tanta fuit rerum omniũ habundantia vt aries vno denario. bos vero iiij nummis duodecim venderetur.

¶ Vincunt christiani et capitur antiochia:

Q Nonagesimumoctauum bellũ inter saracenos et christianos accidit anno predicto scilicet Millesimononagesimoseptimo. Cum enim exercitus domini predicta obtinuisset loca et in manu imperatoris Constantinopolitani reliquisset profectus inde varijs transcursis regionib⁹ et prolixi itineris diuturno labore plurimum fatigati mense septembri ante ciuitatem antiochie. Nam que tunc erat saracenorũ subiecta dñio castra locauerunt. Cum autem per menses vero nouem in obsidione ciuitatis continue laborarent et varijs tribulationib⁹ essent oppressi videlicet fame frigore yemalibus ymbribus et multimodis egritudinib⁹ ac diuersis morbi generibus a turcis in ciuitate cõmorantibus sibi illatis parum proficissent nec vllis bellicis instrumentis contra munitissimam ciuitatem preualerent. Respexit deus afflictionem populi sui per quendam fidelẽ christianum in ciuitate sub infideliũ dominio cõmorantem qui de nocte per scalam dominũ hoamundum principem tarentinum dant cum militibus in ciuitatem recepit Illi vero portas vi aperientes interfecto eius duce nomine Acciano cum alijs fere .xi. milibus quibusdam alijs vinculis mancipatis ciuitatem nobilem multarum prouinciarum a diebus antiquis metropolim et mediatricem diuino munere possederunt.

¶ Vincunt christiani et fugatur corboran⁹ cum exercitu suo antiochia ab eius obsidione liberatur et inuenitur lancea qua perforatum fuit latus christi in cruce.

Q Nonagesimumnonum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimononagesimo

octauo. Capta enim antiochia vt predictum est mox superuenit Corobozanus magno cum exercitu paganorum et christianos obsidens tantaque fame afflicti sunt vt vix se aliqui ab humanis carnibus abstinerent media ergo perurgente et fame intolerabili compellente de necessitate facientes virtutem pauci contra multos ad prelium coacti sunt spirante lancea domini sancta qua latus eius in cruce fuerat perforatum que paulo ante sub terra per reuelationem reperta fuerat eos pro vexillo precedente exercitu christianorum innumeram infidelium multitudinem audacter ingrediens et brachio extento viriliter pugnans diuino protectus adiutorio gloriose de hostibus obsidentibus triumphauit alijs gladio trucidatis alijs terga vertentibus equorum velocium presidio fuga elapsis expoliauit ergo campum exercitus domini et tantum auri et argenti equorum et victualium copiam inuenerunt vt omnes cumulatis diuitijs et victualibus supra modum habundantes cum hymnis et laudibus ciuitatem ingressi domino pro tanta victoria gratias retulerunt. lancea vero christi fuit per hunc modum reperta. Apparuit enim sanctus andreas cuidam rustico prouinciali dicens: veni ostendam tibi lanceam christi. et rusticus iisdem capta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostenso presente raymundo comite tolosano et capellano suo lanceam inuenit. Dubitantibus autem plerisque: quidam bartholomeus nomine christo sibi apparente certificatus ignem licet pedum quem fieri iussit illesus transiuit cum lancea et sic exercitus domini fiduciam habens in christo et lancea a tempore apostolorum inuisa intrepidus processit.

¶ Quinam christiani cruce signati et capitur ciuitas sancta hierusalem.

Centesimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo nonagesimo nono. Tunc exercitus domini dominium ciuitatis antiochie boamundo predicto concedentes ordinatis ecclesijs et clero ac patriarcha et stipendijs vnde sustentari possint: Siriciam proficiscentes marchiam et barram multaque castella regionis illius expugnant tanta fame afflicti quod corpora saracenorum fetentia edere compelluntur et inde profectus exercitus domini ad interiora sine larga dei manus refocillatus et est tandem montana hierosolimorum conscendens ante sacram ciuitatem peruenit tentoria figens et castra secundum militarem disciplinam collocans ex omni parte ipsam vrbem obsidione vallauit. Est autem hierusalem ciuitas in montanis sita riuis fontibus et siluis carens excepto siloe vbi aqua sufficienter habetur. legitur quod priusquam exercitus domini hierusalem applicuisset quandam columba de super exercitu predicto volans ab accipitre grauiter plagata est. circa quam reperte sunt littere quas deferebat talis sententie. ¶ Rex acharon duci cesario salutem. generatio canina venit gens contentiosa contra quam per te et per alios defendas tuam legem indica idem vrbibus alijs. Erectis ergo petrarijs et alijs bellicis instrumentis et scalis muro applicatis multum laborantes parum in principio profecerunt. quibusdam enim ex nostris sagittarum ymbre grauiter sauciatis. ¶ Alijs vero molarium immissione peremptis machinis etiam ligneis ex magna parte igne succensis ab his qui in ciuitate erant maxime ledebantur. ¶ Dum etiam in eadem obsidione prouectus et cum aque penuria laborarent ex conducto communi omnes quotidie nudis pedibus orando septem diebus circuierunt ciuitatem. ¶ Tandem die octauo qui fuit ydus iunij feria que specialiter est dies crucifixi ardore animi succensi et crucis signo muniti primum pro animo pro illo parati mori qui pro ipso eodem die mortuus est Strenui domini pugiles scalas muris immittentes per sagittas et spicula per lapides de super venientes et ingentia saxa per gladios et lanceas et ignes supra muros ascendendo ciuitas sancta hierusalem a christianis capitur et in porticu salomonis paganos egredientes tot occiderunt vt in sanguine occisorum vsque ad equorum genua equitarent sic diuino munere ciuitas sancta hierusalem a christianis capitur et libertati eorum est reducta que per annos circiter. ccc. sexaginta postquam secunda vice ab imperatore eradio fuit capta

ab immundis saracenis fuerat possessa gratias referentes saluatori nostro domino ihesu christo patriarcham latinum et tam clericum quam ecclesias ordinantes ducem godefridum de bullon militem strennuum et virum deo et hominibus acceptum dominum ciuitatis vnanimiter elegerunt qui licet ciuitatis administrationem ad multarum precum instantiam suscepisset pro reuerentia tamen christi et cordis humilitate noluit rex appellari nec coronam auream deportare vbi dominus noster spinis coronatus fuit pro nostra redemptione.

¶ Vincunt christiani cruce signati cesis centum milibus saracenorum.

CEntesimumprimum bellum inter saracenos et christianos accidit paucis elapsis diebus a captione sancte ciuitatis hierusalem. Tunc enim cum princeps de repatriando tractaret. Ecce rex saracenorum cum centum milibus equitum et ccc. milibus peditum ad bellandos christianos ascalonam venit quibus exercitus domini in quo non erant nisi quinque milia equitum et quindecim milia peditum occurrens deo pro eis pugnante et nube ab estu solis protegente saracenos solo impetu territos proiectis armis eos in fugam conuertit et in hoc bello facto vi kal. augusti cesi sunt centum milia paganorum. In portu vero ascalone vsque ad duo milia suffocantur eorum vero qui in mari et inter spineta consumpti sunt numerus ignoratur. His gestis reuersus est exercitus domini in sanctam ciuitatem cum magnis diuitijs et honore et mansit ibidem supradictus godefridus electus in regem. Alij vero principes ad propria cum honore sunt reuersi.

¶ Vincunt saraceni in hyspania et occiditur infans sancius alfonsi. perditur concha et plurima alia loca et destruuntur omnia balnea regni.

CEntesimumsecundum bellum inter saracenos et christianos accidit supradicto anno domini Millesimo nonagesimonono. Tunc rex alfonsus sextus tercius rex castelle de quo dictum est supra consilio Aben. habet regis hyspalensis. cuius filiam caydam nomine ceperat in vxorem factam christianam que vocata fuit maria vt nihil esset in hyspania quod eis non subiugaretur misit in affricam pro saracenis qui dicebantur almorandes. Erant enim mirabiles bellatores et placuit regi marrochiorum complacere regi alfonso et misit ei militiam magnam illorum quibus prefecit capitaneum vnum Algnaselum suum maiorem qui dicebatur balyabenaxa. Nunc predicti almorandes tunc obliti domini sui eleuauerunt myramamolim et reuersi sunt in optatem partem quia congregati sunt cum alijs saracenis et expugnauerunt regem hyspalensem. qui dederat filiam suam in vxorem occulte christiano et quia erat amicus regis christiani. ¶ Venerunt ergo contra predictum regem et ipse occurrit eis non tam preparatus ad bellum sicut poterat et debuerat. et occisus est in bello. quo facto eleuatus in superbiam ille saracenus qui se fecerat vocari myramamolim venit cum sua multitudine graui contra terram regis alfonsi et obsedit hudes. Tunc autem rex alfonsus predictus erat infirmus et doluit vehementer quia non poterat ire in persona contra eos sed misit illuc filium suum vnigenitum quem habuerat ex illa predicta cayda vxore sua christiana qui dicebatur infans donus sancius alfonsi et erat adhuc puer et cum eo misit comitem donum garsiam de cabra qui nutriret eum et multos alios comites et nobiles cum exercitu magno et venerunt prope villesium. Cum ergo saraceni obsedentes viderunt christianos dimiserunt obsidionem et venerunt contra eos et ordinatis aciebus commissum est durum bellum et permittente deo ac peccatis forte exigentibus victi fuerunt christiani et ibi vbi maior erat potestas christianorum cum predicto infante filio regis ibi occurrit maior multitudo saracenorum. Infans autem sentiens equum suum vulneratum dixit nutricio suo comiti pater vulneratus est equus meus et dixit comes. fili sitis firmus alias vos eritis vulneratus. et cecidit statim equus mortuus cum eo.

quod cū vidit predictus comes tinēs mortem infantis descendit subito de equo suo et cooperuit infantem cum scuto et ibi defendens infantem plurimos saracenos cum ense suo occidit sed tanta fuit eorum multitudo q non potuit sustinere quia absciderunt ei vnum pedem quodam ense et quando vidit q non poterat se continere dimisit se cadere super puerum vt moreretur prius q ipse et ibi occiderunt comitem illum. Ceteri vero comites habuerunt infantē et fugiebāt cum eo quantū poterant cogitantes euadere mortem. Saraceni autem videntes eos insecuti sunt eos et quia non poterant tam cito fugere cum puero sicut voluissent attingerunt eos et transeūtes vltra eos occiderūt ibi infantem et comites et in memoriam illius victorie posuerunt saraceni nomen loco illius septem poza sed postmodum mutatus est locus ille et vocatus est septem comites. Alij autem qui euaserunt venerunt toletum ad regem et factus est planctus magnus a rege pro filio suo sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie. Tunc fuit perdita concha quam habuit cū vxore sua cayda habuerunt etiā saraceni tūc buete et budeseum quesiuit rex Alfonsus a sapiētibus quare milites sui non poterant tolerare bella sicut solebant Et responsum est ei q erat quia sepe intrabāt balnea et quia nimis vacabant delitijs et extunc rex alfonsus fecit q destruerentur omia balnea regni sui et fecit milites laborare multis exercitibus.

Vincunt christiani sub principe godefrido de bullion et capiūtur plurime ciuitates.

Centesimumtercium belluꝫ inter saracenos et christianos accidit āno domini Millesimocentesimo. Tūc victoriosus princeps Godefridus de bullion expeditus alijs principibus collecto exercitu suo attendens q ciuitatem sanctā nō posset retinere nisi fines suos vellet ampliare et hostes vicinos a se longius propulsare licet essent paucissimi respectu circumstātiū nationum quia habebant ab oriēte arabes moabitas et amonitas. a meridie vero ydoneos egyptios et phylisteos. ab occidente autem ciuitates maritimas per olomaydaꝫ siue accon et tiron et tripolim et omnes alias vsq ad anthiochiam. a septentrione vero tyberiadam et cesaream philippi et regionem decapoleos et damascum. maluerunt tamen pro christo animas suas morti exponere q missa manu ad aratrum retrospicere et negociuꝫ imperfectū relinquere non ergo confidentes in sua fortitudine nec in multitudine sed in sola dei protectione spem habentes et salutifere crucis vexillum semper in prelio deferentes inimicis partim fugatis partim trucidatis partim carceri mancipatis vrbes munitissimas et castra inexpugnabilia christo subiecerunt. Unde in illo suo primo egressu cepit ciuitatem ioppen in littore maris sitam Et ciuitatem ramata nobilem populosam muro valido circumdatam et turribus excelsis in campestribus sitam. cepit etiam ciuitatem porphiriam in littore maris quasi miliaribus quatuor ab accon distantes et ciuitatem tyberiadem in galylea que est supra stagnum genezareth sita Quibus subiugatis reuersus est gloriosus princeps in sanctam ciuitatem cum leticia et honore. In fine supradicti anni mortuus est princeps godefridus et electus ē concorditer et in regeꝫ inunctus Baldouuinus frater eius miles strenuissimus qui postmodum diuino fretus auxilio regnum suum dilatauit. Nam ipse expugnauit azur et cesaream philippi et accon que alio nomine dicitur tolemayda et ciuitatem berid et ciuitatem Sydonis et montem regalem et plurima alia loca cepit ac multa alia loca fortalicia ac deinde ab alijs successoribus multis bellis et multa effusione sanguinis dilatatum fuit regnum hierosolimitanum in ciuitatibus villis et castris sicut latissime narrat acconeñ. episcopus in libro de rebus et statu terre orientalium que propter breuitatem relinquo.

Vincunt christiani et obsidetur ciuitas corduben. ac membratim diuiditur proditor saracenus qui regem hyspaleñ. interfecerat per regem alfonsum sextum.

Centesimumquartum bellum inter saracenos et christianos accidit pau

cis elapsis diebus post predictum bellum. Tunc enim predictus rex alfonsus. vi.iij. rex castelle extra magna quam habebat contra saracenos: tum quia interfecerant filiuz eius: tum propter alia damna que fecerant in terra eius congregatis exercitib⁹ magnis liber ab infirmitate venit in terraz saracenorum directe contra illum saracenum qui se fecerat vocare myramamolim qui tūc erat in ciuitate corduben̄. et obsedit eum ibi qui cum cognouit potestatez excedentem regis alfonsi non fuit ausus exire contra eum.

Cum ergo sic esset obsessus quidam saracenus nobilis cuius nomen erat abdallar venit de nocte cum multitudine magna saracenorum et dedit saltum ex improuiso in exercitum regis alfonsi christiani autem sentientes eos capientes scelenter arma sua bellauerunt cum eis et occiderunt maiorem partez eorum et captiuauerunt saracenuz predictū abdallar qui et interfecerat regem hyspalen̄. predictum patrem regine domine marie cayde. Ceperunt etiam plures alios cum eo.

Precepit ergo rex alfonsus ꝙ duceretur saracenus ille ante eum et mandauit ꝙ duceretur ad locum vbi possent eum videre saraceni de ciuitate, et ꝙ consideretur corpus membratum in frustra quia interfecerat socium suum vt dictum est. Precepit etiam ꝙ ducerentur alij nobiles saraceni qui fuerant cum eo et ꝙ comburentur viui in eodem loco quod cum viderunt saraceni de ciuitate timore magno percussi firmauerunt pacez cum eo ꝙ darent ei tributum omnium terrarum quas possidebant citra mare et miserūt multum aurum et argentum ac multitudinem lapidum preciosorum ac alia plurima dona. ¶ Et tunc rex alfonsus contentus de his que fecerat in cursu illo et quomodo cōfregerat et honorauerat illum saracenum.

Alium qui se vocauerat myramamolim reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore et extunc predictus rex alfōsus tenuit regnum suum in pace et dederunt ei saraceni citra mare quolibet anno tributa siue parias suas.

¶ Vincunt saraceni sub nicaph rege marrochiorum et vulneratur rex alfonsus sext⁹.

Centesimum quintum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimocentesimoprimo. Tunc nicaph rex marrochiorū qui erat myramamolim congregato magno exercitu almorauidum transiuit mare cui congregati sunt et vniti omnes saraceni vuādalie venit ergo super regem hyspalen̄. et obsederunt ciuitatem atq̧ ceperunt eam et inuenerunt ibi illum proditorem qui se fecerat vocari myramamoliz et prescidit caput eius et exinde venerunt supra cordubam et ceperūt eam et factum vnum dominium saracenorū citra et vltra mare quod primo non erat quo facto intrauit myramamolim cum suo exercitu magno per terram regis alfonsi et peruenit vsq̧ ad badayos Rex autē alfonsus p̄dictus cum erat semper cesaragustam et tenebat eam obsessam Cuz ergo sciuit ingressum predicti myramamolim in terram suaz eleuauit se ab obsidione et venit cum exercitu suo. et cum multitudine francorum que venerant in adiutorium eius et commissuz est bellum asperrimum prope badayos.

In quodam loco qui dicitur arabice cella que et lingua castellana facbalias dicitur et permittente deo victi sunt christiani et multi dederunt terga nemine persequente. Rex autē Alfonsus sustinuit bellum cum illis qui secum remanserant vsq̧ ad noctem et tam viriliter bellabat rex ꝙ nullus saracenus erat q̄ ausus esset ponere ante eū et mouet eos de loco illo retraxitq̧ eos vsq̧ ad tentoria nicaph q̄ bn̄ erat fortificata fossatis. et cū conaretur fortissime pugnās eos inde extrahere. Superuenit quidā nūci⁹ qui dixit ei ꝙ insidie quas posuerāt saraceni venerūt ad depredandum tentoria sua quod cum audiuit dimisit bellare illos et reuersus est ad suos. et cum reuerteretur inuenit se cum illis qui depredabantur tentoria bellauitq̧ cum eis sȝ fuit victus et perdidit multos ibi de suis et ipse vulneratus fuit lancea superueniēte ergo nocte diuisi sunt abinuicem bellantes et illi pauci christiani qui remanserunt coniuncti sunt regi alfonso et reuersus est cum eis ad ciuitatem que dicitur corya ¶ Saraceni similiter recesserunt ad terras suas et nicaph transiuit in affricam. Istud belluz fuit feria sexta prima die nouembris āno quo supra.

supradicta villa decapitari. Cuius caput nõ
uem diebus stetit affixum clauo in palo alto
corpus vero in medio platee tribus diebus
inhumanatum remansit. Et cum esset vir tã
te potencie ab omnibus tamen suis in fine
relictus fuit quia tamen in tanta pressura ad
dominum accessit corde contrito et humilia
to et pedibus meis licet indignis se pergene
ralem confessionem totius vite sue inclina-
uit. Credo ipsum secundum signa que vidi
misericordiam dei consecutum fuisse. quia
scriptum est in quacunqꝫ hora in gemuerit
peccator omnium iniquitatum eius non re
cordabor. Et successit predicto regi iohanni
in regno filius eius henricus quartus qui
nũc regnat .xviij. rex castelle et vtinam felici
ter ad dei gloriam regnet et vtilitatem reipu
blice Hic primo regni sui anno cum exerci-
tu suo magno intrauit terram saracenorum
et obtinuit viriliter villam que dicitur xime
na et destruxit stiponam habuit etiam bul-
lam cruciate contra saracenos et continua-
uit guerram iiij. annis. In quibus non mo
dicum saraceni sunt fame afflicti in signũ eti
am voluntatis expugnationis regni grana
te cepit deuisam malogranatorum per orna
mento armorum regalium. Quid erit. deus
nouit cuius est causam et finem bellorũ agno
scere. multa enim impedimenta offeruntur
specialiter diuisio militum in regno contra ip
sum ꝓpter que iam hoc anno .lx. plus tunc f
guerra in regno ꝙ contra infideles qđ de⁹
sua pietate auertere dignetur.

¶ Vincunt saraceni et perduntur ciuitates pera et constantinopolis. et de tribus mirabilibus que precesserunt.

CEntesimumquinquagesimumsextuꝫ
bellum inter saracenos et christia-
nos accidit anno dñi Millesimo
cccc liij. tẽpore Nicolai pape quinti Tũc eñ
imperator turchorũ cõgregato magno exerci
tu per terram et magna classe ꝓposuit nomẽ
delere christianum viribꝫ suis. In primo er
go ipe obsedit ciuitatẽ que pera dicitur quam
post plurima certamia cepit .xxviij. die mey
et intrãs eandẽ ciuitateꝫ crudelissime occi-

dit omnes xpianos a sex ānis et sup̄ et sequēti die. s. xxix. intrauit portū constantinopolitane vrbis vigore belli et pluribus artibus guerre. Obsedit ergo ciuitatem constātinopolitanā per mare et per terrā potentissime et eam angustians sine intermissione finaliter eam deuicit et cepit et ingressus ciuitatē indicibilem cedē fecit in xpianos. Alij vero pedib⁹ et manibus ligatos in captiuitatem duxit monachos etiā et monachas consecratas vituperose ex monasterijs extractas ac si meretrices et prostibulo instituite essent trahebat cōtra eas pagens tāta et talia qualia de peccatibus quis sine rubore vix dicere auderet. Adolescentulos vero a decēnio et infra cogebat sue spurcissime fidei adoratores existere. Et vltra hoc intrauerūt turci in illo eximio et claro templo sancte sophie et sacratissimas imagines sanctorū atq̧ sacramentum pedibus conculcauerunt et omne gen⁹ vituperij super eas fecerunt et in sacra altaria ascendentes saliebant vociferando iubilantes et machometū hymnis et laudibus extollentes. Ascenderunt etiā illi nepharij turci ad sublime tegumen eiusdem alte et famose ecclesie sancte Sophie et crucem ei⁹ cacumini infixam deiecerūt et diruperunt. Sacra vero corpora sanctorū lacerabāt et deuastābant. plurima etiam vituperia fecerūt in sacris crucibus et calicibus et intantū eorum vesana rabies exarsit q̄ a prima hora diei vsq̧ ad meridiē totam vrbem nudatā et desertam reliquerunt sic vt non latinū nō grecum non armenium nō iudeum nec aliū quēuis hominem de habitatoribus ciuitatis intra eam dimiserunt. Hec ex epistolis ysidori cardinalis rutenēn. qui presens fuit in excidio ciuitatis et francisci rostarij ducis venetorum transmissis ad Nicolaum papā quintū. vt de remedio in futurū prouideret contra hunc thurcorū imperatorē qui se vocat inimicum crucis xpi et intantū odio habuit christianos q̄ cum aliquē videret xpianum se in visu deturpatū et sordidatum proprios oculos abluit et abstergit vt dicit p̄dictus cardinalis. Et est diligenter aduertēdum ad tria singularia que desolationē predicte ciuitatis precesserunt quorū duo predixit quidam antiquus philosophus grec⁹ qui leo dicebatur. Unde in ecclesia sancti demetrij predicte ciuitatis vt mihi quidā grecus qui proprijs oculis sepe vidit: narrauit. Erat quedā columna marmorea tota operata ad modum scacorum sic ordinata q̄ incipiendo a principio in vno scaco ponebatur nomen imperatoris et in sequenti nomē patriarche qui presidebant et predixit philosophus predictus q̄ cum facta fuisset impletiō omnium scacorum illius columne tunc perderetur ciuitas constātinopolitana et sic de facto accidit. quia presidentibus Constantino īperatore et gregorio patriarcha in quorum tempore capta fuit ciuitas predicta facta fuit impletio vltimorum scacorum colūne Secundum quod predixit predictus philosophus leo fuit q̄ tempore Constantini debebat perdi ciuitas cuius verba in predicta columna erant hec. Constantinus me fecit et Constantin⁹ me dissoluet. et sic impletum est. Istud enim fuit mirabile preuideri tali excidioni a philosopho quod esse non potuit nisi a spū dei. Primus enim qui imperauit et nobilitauit predictā ciuitatē fuit vocatus Constātinus. qui dedit patrimonium ecclesie. mater sua fuit vocata helena. et primus patriarcha fuit vocatus gregorius Ultimus aūt qui ibi imperauit et perdidit ciuitatem mortuus in bello dicebatur etiā constantinus et mater sua helena et patriarcha etiā gregori⁹ vocabat. Terciū vero mirabile quod precessit captionem ciuitatis fuit visum per turchos xpianis nihil videntibus. Unde cū quadam nocte vigillātes turchi in obsidionem respicerent versus ciuitatem viderunt subito multitudinem luminum ad modū candelarum vndiq̧ super turres et muros ciuitatis quod respiciētes et admirātes. timuerunt valde. Arguētes ex hoc miraculo ciuitatem esse sub diuina protectione et cū retulissent qui viderāt imperatori turchorū ipse simulauit pro tūc Altera vero nocte apparentes predicte candele super turres et muros vise sūt eleuari in celum. Et tunc teucrus ille magnus interp̄tans visionē illam: dixisse fertur. Candele que apparuerunt descendentes significauerunt q̄ deus in temporib⁹ preteritis protegebat hac ciuitatem. s candele eleuate in celū designant q̄ deus recessit ab ei⁹ custodia. Nūc ergo ait est tempus debellandi eā et sic ardenti rabie irruerunt in ciuitatē nobilissimā et ceperunt eā vt dictum est. Et vo

co illam ciuitatē nobilissimā quia sm ysidorum in libro ethimologiarum .xv. Constantinopolis est in tracia quā edificauit ex nomine suo constantinus solam rome meritis et potentia adequatam. Hanc conditā primo a pausania rege spartanorum et vocatā bisancium vel q tantum patet inter atriacū mare et ppontidem vel q sit receptaculum terre et maris. Unde et eam cōstantinus aptissimā condere iudicatis vt receptaculū sibi mare terraq fieret. Unde et nunc romani imperij sedes et totius caput est orientis sicut roma occidentis. hec ille. Sic ergo hec nobilissima ciuitas immo q̄si totū grecie imperiū occulto dei iuditio traditū est in manus impiorū sicut etiam methodius martyr ,pphetizauit. inter cetera dicēs. grecia in captiuitate et occisione erit sicut plenius dicet infra consideratione .xij. in primo passu.

Uincunt christiani cruce signati fugato thurco et cesis .lxx. milibus thurcorum. Johanne de capistrano nomē ihesu deuotissime inuocante.

Centesimumquinquagesimū septimum bellū inter saracenos et christianos accidit āno dñi Millesimo cccclvij. sedente in cathedra petri Calixto papa tercio qui in memoriā huius belli instituit festum duplex transfiguratōnis dñi nostri ihesu xpi cū gratijs et indulgentijs solēnitatis corporis xpi. ex cuius bulla plūbea quam oculis proprijs vidi. ordinē istius belli et victorie diuine ad ppositū ānotaui: vbi sic predictus papa inter ceteros ait Quoniā pater ille misericordiarū ac pijssimus christianorum protector et vite nostre defensor oīpotens deus. postq̄ in die celebri beatorū apostolorum petri et pauli dum sacra missarum solennia in eorū basilica agerimus literas nostras super generali oratione p vniuersos xpicolos facienda lectas et fauēte dño vbiq obseruatas fecimus publicari pijs oratōibus et operibus suis afflicti populi aliquātulū mitigatus feritatē ipsius vipereij et immanissimi turchi cultoris execrabilis machometi proxima estate decursa cū suo pene innumerabili in quo plurimū cōfidebat exercitu infidelium et turchorū cōtriuit castri balgradi in regno vngarie ad ripā danubij situati qd vndiq obsessū et coagustatū dirupere satagebat obsidiōe soluta p cruce signatos et vngaros ad modū populares q̄uis pauciores numero et inermes ex nostra ordinatōe et institutōe dilcō filio legato nostro de latere illuc destinate iniūcta ac nūcijs et literis sepius repetita ex sincera fide quā gestamus in ipso saluatore nostro cuius est res adunare disp̄sas et desperatas ,ptegere ac supborū precipue in fideliū et christiane fidei inimicorū potentiā cōterere et etiā debellare sub strenuo vaynoda iohāne celebris memorie fidei nostre catholice acerrimo defensore et pro ea atq fidelibus pro pugnatore christianeq cohortis duce dignissimo cui neq fides neq spes petiente victorie defuere militantes presente p̄ter iohanne quodā de capistrano ordinis fratrum minorū professore viro quidam optimo et meritorum apud deum et homines eximio et nomē ihesu christi in quo salus nostra cōsistit fiducialiter et assidue cum omni populo crucicepto voce vnanimi inuocante vexillo quoq sacratissime crucis cum magnis clamoribus et vocibus eleuate ad celum. Unde ineffabile vti a cunctis dari separabitur aduenit auxiliū Nostra res die memorabili beate marie magdalene celesti p̄sidio communitus populus fidelium impetu in hostes viriliter facto eundem ferū turchum cum suis sacrilegis cōplicibus in turpem et damnosam fugā conuertit. deditq ipse miserator dominus et fidelis in manu paucorum tam ferocis inimici et innumerabilis exercitus cum maxima strage victoriam vltra q̄ mens estimare posset humana dominus enim potens et super exercitus et tyrannos qui madian et orientales pupulos ad numerum locustarum in manu tradidit gedeonis: Omne etiā sacerdoti contra eliodorum ciuitatem sanctā hierusalem ,pphanare molientē presidium prebuit et iuuamē pro nobis contra insolitissimos hostes miraculose pugnauit. O bone ihesu dux et saluator noster fortitudo vera et tutissimū certumq p̄sidium ad te cōfugientiū christianorum et pietate qui ipsos proprio sāguine redemisti gladium tuum super inimicorum capita fugientium intromittens non pauciores sese mutua cede necarunt quam a nostris in prelio interempti fuissent. Nam vt

a fidedignis accepimus in ea pugna .xl. milia occisi totidemque superstites in turpem fugam versi sese mutuo trucidantes defecerunt. Castra incensa machine et instrumenta bellica omnia direpta sunt vt confusus abiens ipse tyrannus et pre timore iam multis mensibus non apparens inter latebras seu munita opida se recepisse dicatur et diuinam presentiens vltionem in suam perditionem futuram intra Constantinopolitanam peramque ciuitates se reclusit. Illasque muris et antemuralibus munire frustra decernet minus attendens quod nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. hec ex predicta bulla

¶ Vincunt christiani in affrica per regem alfonsum portugalie.

C Entesimumquinquagesimumoctauum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo .cccclviij. Tunc rex alfonsus portugalie armata magna classe transiuit in affricam et obsessa quadam villa fortimaritima que dicitur alcacar tagner ac fortissimo bello angustiata cepit eam et christianis populauit ac muniuit armis et victualibus necessarijs. Dolentes autem saraceni affricani bis iam duorum annorum interuallis cum innumerabili multitudine bellatorum venerunt vt eam obtinerent sed plurimis eorum peremptis vacui semper redierunt. Et quia inter predictam villam et mare erat aliquale spacium vbi venientes saraceni se ponebant ne per mare posset se cursus dari eidem: Rex predictus in regno portugalie fecit quadrari lapides in tanta multitudine quanta necessaria erat pro duplici muro construendo a predicta villa vsque ad mare. lapidibus ergo predictis ac sufficienti calce per nauigia in predictum locum deductis tanta fuit multitudo lapicidarum quod paucis diebus facti sunt muri cum turribus necessarijs sic quod cum saraceni cognouerunt opus quasi finitum erat et factus est locus quasi inexpugnabilis a saracenis in magnum subsidium et vtilitatem christianorum transeuntium per illud secretum mare mediterraneum. distat autem predicta villa a cepta sex leucis et a portugalia vt fertur fere centum leucis et a tarifa que est etiam locus christianorum istius regni castelle ex altera parte maris stricti tribus leucas et sic ista duo loca sunt quasi claues maris stricti

¶ Decima consideratio est de possessione terre sancte per saracenos que duobus explicatur punctis.

D Ecima consideratio huius libri quarti est de possessione terre sancte per saracenos vbi duo puncta occurrunt declaranda. Primus est scire causam quare saraceni tenent terram sanctam. Secundus vero punctus erit. Si christiani vellent facere guerram saracenis ad terram sanctam capiendam quis locus esset eis conuenientior in orbe ad incipiendum talem guerram. Extollunt enim se saraceni dicentes se tenere veritatem legis quia possident terram sanctam. Insultant etiam iudei contra christianos dicentes quod lex christianorum nulla est nec ihesus nazarenus est messias in lege promissus quia non possident terram sanctam hierusalem. Ideo ad hec declarandum tres rationes assignantur per fratrem vincentium in sermone: Ecce ascendimus hierosolimam. Prima est ad excusationem christianorum. Secunda propter confusionem saracenorum. Tercia est propter conuersionem iudeorum. ¶ Circa primum notandum est quod nullus christianus est ita sanctus quin peccet excepto christo et virgine maria. Vnde ecclesiastes septimo non est homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet. et deus non vult quod christiani peccent in illa terra in qua filius dei passus est pro peccatis hominum quia hoc reputaret ad maximam iniuriam. de agarenis vero non ita iniuriatur quia canes sunt. multum enim displiceret regi et indignaretur si filij sui vel milites mingerent in camera sua si autem canis minget non curat. Idem in proposito de terra sancta. multum displiceret christo si nos filij per baptismum faceremus in ea corruptiones et peccata sed de agarenis tanquam de canibus non curat. et concordat auctoritas christi dicentis hierusalem calcabitur a gentibus donec impleantur tempora nationum Luce .xxi. tunc enim cum omnis plenitudo gentium intrauerit omnis israel saluus erit: vt habetur ad romanos .xi. Et sic patet prima ratio scilicet quod p

pter excusationem christianorũ ne peccem⁹
in camera sanctificata regis regum ihesu xpi
non possidemus terram sanctam. Unde sic
patuit supra bello centesimo. Iherusalem
capta fuit per cruces signatos christianos et
quãdiu vixerunt in sanctitate et sine offensa
christi possederunt terram sanctam. Sed cũ
multiplicata fuerunt in eis mala et offense
xpi continuo expulsi fuerũt a terra illa et in-
troducti fuerunt canes saraceni ad seruãdũ
illam sicut patuit supra consideratione no-
na huius libri bello. cxviij ¶ Secunda ra-
tio est propter cõfusionem saracenorum ipsi
enim sunt filij xpianorum quia vix sunt oc-
tingenti anni ꝙ sunt. Unde beatus augu-
stinus fuit episcopus yponeñ. Sed macho
metus a sergio decept⁹ decepit eos et ideo
agareni sunt christiani renegati et propterea
retinent adhuc aliquid de fide christiana et
credunt et aliquid non. Credunt nãq₃ vt xpi
ani ꝙ vnus est deus creator omnium sed nõ
credunt ꝙ ille deus sit tres persone in confu-
sione ipsorum ipsimet ostendunt locum in
quo xps fuit baptizatus vbi tota trinitas ap
paruit. Secundo credunt ꝙ fuit homo pur⁹
et verus et sanct⁹ de spũsancto in maria vir-
gine cõceptus sed non credunt ꝙ sit deus.
et in confusionem sue credentie ostendũt lo-
cum vbi suscitauit lazarũ proprio imperio
quod non potuisset non fuisset de⁹. Tercio
credunt ꝙ est in celo sed non credunt ꝙ est ĩ
sacramento altaris. et in confusionem eorũ
ostendunt christiani locum cenaculi in quo
christus illud sacramentum instituit. Item
non credunt xpi passionem. tamen in eorũ
confusionem ostendunt vbi xps fuit cruci-
fixus et sepulchrum vbi corpus fuit sepultũ
Item agareni baptizantur sed non confor-
ma verborũ et ipsi ostendunt locũ vbi xps
constituit sacramentum baptismi cũ forma
illa. In nomine patris et filij et spũssancti
in eorum confusionem Ideo dicit dauid fac
mecum signum in bonum vt videant qui o
derunt et confundantur. Unde sicut custo-
des portarum in domibus regum xpianorũ
cum haberi possent sũt homines difformes
vt ethiopes sic ꝙ nullus intrare potest nec fi-
lius neq₃ milites nisi per manus illorũ sic
christus in palatio suo terre sancte pmittit ꝙ
custodes portarum illius patrie sunt homi-
nes difformes scilicet bestiales machometici
ne scilicet filij sui milites xpiani ad interio-
ra secretorum terre sancte admittantur nisi p
manus illorum nec ex hoc sequitur honora-
biliores eẽ ianitores difformes filijs et mi-
litibus caris: immo hoc cedit in confusionẽ
ianitorũ et honorem filiorum et militum.
Nunquid etiam in domibus magnorũ in
castris in nauibus maris immo etiã in do
mibus rusticorum custodes et vigiles sunt
canes ne quis ingrediatur nisi homo pacis
et ad honorem talis loci et patet ꝙ sic etiã
custodes et vigiles terre sancte sunt canes
saraceni ne si quis ingrediatur ad interiora
secreta vbi christus in humana natura am-
bulauit nisi fuerit homo pacis. et ad hono-
rẽ illius loci quales sunt peregrini christia
ni visitantes terram sanctam et patet ꝙ istõ
cedit in confusionem saracenorum ꝙ assi-
milantur canibus custodientes domos.
Item in confusionem cuiuscumq₃ virtuosi ẽ
sustinere aliquod falsum propter auaritiã
Cum ergo saraceni se reputent virtuosos et
credant falsũ esse ꝙ ihesus nazarenus fuit
mortuus et sepultus etc. et tamen hoc susti-
nens ostẽdentes predicta loca vt dictum est
cum magna diligentia propter auaritiam.
quia propter interesse quod recipiunt a pe-
regrinis christianis. ergo possessio terre san
cte per saracenos est in eorum confusionem
non enim permitterent principes christiani
pro toto auro mundi si inter eos esset sepul-
chrum machometi ꝙ visitaretur et honora-
retur a saracenis sicut faciunt xpiani in terra
sancta cum hoc non solum cederet in confu-
sionem xpianorũ sed etiam in contumeliã
creatoris scientes falsum esse ꝙ honor debe
at exhiberi bestiali et spurcissimo machome
to. quia honor secundum philosophum est
primum virtutis. que in machometo locũ
non habuit propter abyssum criminũ in eo
contentorum sicut patuit supra cõsideratiõe
prima huius quarti libri et quasi per totum
est ergo in confusionem saracenorum posses
sio terre sancte et honorem christianorum.
Tercia ratio est propter conuersionem iude
orum. Iudei nanq₃ secundũ ꝙ ex lege moy
si fuerit assueti et nutriti terreni sunt et sperant
ꝙ messias ducet illos ad illam terram et di
cunt intra se ecce habebimus iherosolymam
propter hoc ihesus xps ver⁹ messias voluit
ꝙ nec xpiani nec iudei habeant illã terram

quia non venit vt daret illam terram sed ce lestem de qua dauid. Credo videre bona domini in terra viuentium sed illa est terra morientium. Ideo apostolus ad hebreos vltimo non habemus hic ciuitatem ma/nentem sed futuram inquirimus. Cessent ergo saraceni ab excellentia sua sileāt iudei et conuertantur a miseria sua. Consolentur xpiani in filiatione et militia sua quia xps dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Jo. primo Sed que harum gentium habet vel tenet veram legē licet supra libro primo sit latissime declara/tum potest tamen hic exemplariter declarari per parabolam illius diuitis qui habet vnū lapidem preciosum magni valoris et tres filios etc. dns iste diues est xps de9 et homo et tres filij tres sunt populi iudeorum aga/renorum et xpianorum. dicit primogenitus scz populus iudeorum. Ego habeo lapidem. i. legem veram quia eam dedit miraculis cō firmatam. Dicit populus xpianus non. immo ego habeo legem veram quia mea lex cō firmata est miraculis que nō possunt nisi p deum fieri. Demones poterant facere mira/cula moysi Populus agarenus dicit immo ego habeo legem veram. Nunc ponderem9 lapidem primo ponderetur in sanctitate lex moysi et eam ponderat salomon qui dicit de terrenis que promittuntur in lege moysi vi/di cuncta que fiunt sub sole. Et ecce vniuer/sa vanitas. ecclesiastes primo. modicum pō derat ideo nihil valet. Videamus sectā machometi quātum ponderat quid promittit fluuios lactis mellis olei vini mulieres etc. Hec est vita porcorum nihil ponderat. Vere magnus dolor esse debet prelatis ecclesie et doctoribus fidei xpiane si attente cōsiderēt sectam maledictam saracenorum videre tā/tam multitudinem animarum rationabilium sicut sunt saracenorum que redempte sunt sā guine ihesu xpi esse inuolutas in errore dā/nationis quia non intelligunt scripturam diuinam et quod peius est nec volunt intelli/gere neq audire sed q inclinentur ad ea et sequentur que debentur porcis et asinis. lex xpianorum que promittit gloriā celestem q̄ est infiniti ponderis et valoris quia pl9 pō derat vna dies glorie q̄ omnia bona huius mundi. Ecce promissio q̄cunq fecerit volū tatem patris mei qui in celis est intrabit in regnū celorum. Math. vij. Ponamus ergo in celum cor nostrum et spem omnia terrena despiciendo quia secūdū apostolū. ij. Cor. iiij. quod in presenti est momentaneū est et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis ea que videntur sed que non videntur que ei videntur temporalia sunt que autem nō vi dentur eterna sunt.

¶ Que sit terra aptior pugnandi contra terram sanctam.

Secundo puncto huius cōsiderationis scilicet quis locus esset cōueni/entior in orbe ad capiendū terram sanctam. Respondetur q si xpiani vellēt incipere guerram ad terram sanctam capiēdā et alia loca que amiserunt nullus locus nulla terra conuenientior est q̄ hispania q sic declarat. Certum est q in vniuerso quinq loca possunt cōsiderari sicut notat magister Raymūdus lullij in quodā tractatu suo per que posset incipi talis guerra sicut sepe attē ptatum fuit. Primus locus est in terra imperatoris cōstātinopolitani et in terra turchorum Deinde per terram armenie quousq perue niretur in sinam et hec via nō est multū laudabilis quia est valde grauis et difficilis et nimis longa et sic requirit magnum exerci/tum et multas expensas Scds locus est insula quedam que rayect appellatur situata prope alexandriā. Posset enī illa insula cū galeis et nauibus capi et detineri sed hic loc9 etiā nō ē laudabilis quo ad p̄sēs: tū q2 via ē nimis lōga nimis et reqrit expēsas et bellatores p̄ illā Terc9 loc9 ē regnū cipri et terra hermenie sed ista via etiā nō est laudabilis. tū quia ille terre nō sunt oibus sane sicut expti sūt qui trāsierūt. tum etiam quia illa via est nimis lōga. et communiter reqrit nimis de nauigantibus et pugnātibus et expensis. tum tercio q2 p cipriū et hermeniā nō posset sufficere victualia neq equi. Quartus loc9 est tunicium. sz nec iste loc9 laudabilis ē eo q multe gētes in eo cōmorāt et cōsequāter nimis reqrit de exercitu et de eqs et de hoc sa/tis probabile experimentū datum fuit qn̄ sctūs ludouicus rex francorum transfretauit sicut supra patuit consideratione. ix. huius. xiij.

libri bello. cxxij. Quintus loc⁹ est hyspania
in parte eius que dicitur andalusia vbi est
almaria malica granata algesira tarifa et
hic est locus amenissimus et congruentior
omnibus predictis eo quia facilior ad acq-
rendum propter quatuor ratiões. Prima ra
tio est quia predictus locus est circundatus
per mare mediterraneum ex vna parte et ex
alia parte per regnum aragonie et castelle et
istud impediret ꝙ non possent iuuare eos
alij saraceni. Secunda ratio est quia multũ
iuuat ad guerram faciendam fertilitas terre
et multitudo equorum de propinquo in q̃-
bus habundat inter ceteras mundi partes
hispania. Tercia ratio est quia ẽ terra sana
et ideo timore infirmitatum non solueretur
exercitus sicut alibi factum esse dicitur. Et
patet etiam ꝙ est propinquissima respectu
aliorum locorum. Quarta ratio est rex bel-
lator cum paruo exercitu posset guerram in
cipere p̃suppositis supradictis et quia ha-
bet terga secura et sic accipiendo modo vnũ
castrum et deinde vnam villam et sic succes-
siue deducendo saracenos semper ante se et
multiplicando continue exercitum et habi-
to regno granate rex bellator cum suo exerci
tu ampliato ad maiorẽ barbaram scilicet in
affricam poterit leuiter transire scilicet in re-
gnum cepte quod non distat nisi septem mi
liaria et in aliquo loco nisi p̱ tres leucas so-
lum presertim isto tempore talis locus esset
conuenientissimus cum cepta et villa alia q̃
dicitur alcater tagner sint in potestate regis
portugalie. Et sic ex illa parte inciperent de
bellare saracenos tergis securis deducendo
eos ante se modo lucrando vnam villã mõ
aliam etc̃. quousqꝫ perueniretur tonitum se
per multiplicando exercitum ꝙ optime et se
curissime fieri potest vt dictum est propter p̱
pinquitatem hyspanie et eius fertilitatez et
quia retro se nihil timerent et sic paulatiue
bellator rex posset facere guerram sanam sa
racenis et acquirere terram sanctam iherusa
lem et totuꝫ regnũ egypti patet ergo clarissi
me ꝙ nulla terra in mundo est conueniẽtior
christianis ad incipiendum guerram pro ter
ra sancta capiẽda ꝙ hyspania. beatus ergo
rex bellator qui propter zelum fidei catholi
ce hec cogitauerit et in opere posuerit sperãs
omnia predicta acquirere per ihesuꝫ christũ
in cuius manu sunt omnium potestates et
iura regnorum.

Quomodo xp̃iani habere se debeant de
iure et ordinatione regni erga saracenos vi-
uentes inter nos.

Vndecima consideratio huius .iiij. li
bri est de his adque compelli debẽt
saraceni viuentes inter nos de iure
et ex ordinatione regni. Circa primum no-
tandum ꝙ vt traditur in titulo de iudeis et
saracenis in clementinis principes christiani
sub obtestatione diuini iudicij a duob⁹ dñt
compescere saracenos sibi subiectos scilicet
ab inuocatiõe publica nominis machome-
ti et a peregrinatione quam facere solent ad
sepulchrum cuiusdam saraceni Unde sacrũ
consilium ibidem sic ait cedit quidam in of
fensam diuini nominis et obprobriuꝫ fidei
christiane ꝙ in quibusdam mundi partibus
principibus christianis subiectis. In quib⁹
interdum seorsum interdum vero permixtuꝫ
cum christianis habitant saraceni sacerdo-
tes eoruꝫ zabzala nuncupati vulgariter in
templis seu mesquitis suis ad que idem sa
raceni conueniunt vt adorent ibidem per fi-
dem macometuꝫ diebus singulis certis ho
ris in loco aliquo eminenti eiusdem macho
meti nomen christianis et saracenis audien
tibus alta voce inuocãt et extollũt ac in ver-
ba quedam in illius honore publice ꝓfiten
tur. Ad locum insuper vbi olim quidam se
pultus extitit saracenus quē vt sanctũ alij
saraceni venerant et colũt magna saraceno
rum eorũdem partium et aliaruꝫ cõfluit pu
blice multitudo ex quibus nostre fidei non
modicum detrahitur et graue in cordib⁹ fi-
delium scandalum generatur. Cum autem
hec diuine maiestati displicentia non sint a
liquatenus toleranda sacro approbante cõ-
silio ipsa in terris christianorum fieri decer-
ceps districtius inhibemus vniuersis et sin
gulis principib⁹ catholicis sub quoꝝ dñio
saraceni morãtur et fuerũt p̃dicta sub obte-
statiõe diuini iudicij obnoxi⁹ iniũgẽtes q̃te
n⁹ ipi tã ꝙ veri catholici et xp̃iãe fidei fedu
li zelatores obp̃briũ qđ tã ipis ꝙ ceteris xp̃i
colis p̱ p̃missa igerit debita ↄsideratõe pẽsã
tes ipꝫ vt ꝓuide eterne btitudis p̃miũ asse-
quant̃ de terris suis oĩno auferãt a suis sub
ditis aufferri procurent inhibendo expresse

ne prefata inuocatio seu ꝓfessio nomis ip/
sius sacrilegi machometi publice aut pegri
natio p̄celibata ab aliquo in coꝝ existente
dñio audiant attemptare decetero vel quō
libet sustineri. Si vero qui secus p̄sumpserit
taliter ob diuinā reuerentiā castigenť ab ip/
sis ꝙ alij coꝝ exemplo pterriti a p̄sumptiōe
simili arceanť hec ibi sanctissime ordinatuꝫ
sed negligenter custoditū specialiter primuꝫ
cum alijs vocab⁹ de die et de nocte tales ꝓ/
clamationes faciant saraceni. et non solum
non castiganť a principib⁹ verū etiā et defē
dunť et rar⁹ est qui ꝓpter fidei honorē recla
met contra eos q̄nimo tanta est ignorantia
p̄dicte inhibitiōis in principibus et clero ac
populo ꝙ nō cogitant p̄dictas inuocatōes
siue ꝓclamationes eē in offensa diuīe maie
statis ꝙ nō sine culpa est añ deuꝫ cum talis
ignorantia nō excuset quia ignorantia facti
non iuris excusat. De alijs aūt atqꝫ ad que
cōpellendi sunt saraceni tā de iure ꝙ ex ordi
natione regni sufficiant que dicta sunt libro
iij. consideratione. xi.

¶ Ista duodecima consideratio tractat de
fine legis saracenoꝝ et de coꝝ perpetua ser/
uitute sub iugo xp̄ianoꝝ sub quatuor pass⁹

Duodecima et vltima ꝯsideratio hu
ius libri. iiij. est de fine legis sarace
noꝝ et de coꝝ ꝑpetua seruitute sub
iugo xp̄ianoꝝ iam finem oportet dare huic
iiij. libro de bello saracenoꝝ in hac vltia co/
sideratione ad quā explicandā. iiij. passus
conuenit ptransire. Primus ē de castigatōe
finali fienda per saracenos. Secund⁹ est de
cessatiōe sue legis. Terci⁹ est de tēpore quo
dꝫ cessare. Quart⁹ vero erit de ꝑpetua serui/
tute saracenoꝝ sub iugo xp̄ianoꝝ.

¶ De castigatione finali fienda per sarace/
nos in populo xp̄ianoꝝ.

Primus pass⁹ est ꝙ per saracenos
fiet diuina castigatio terribilis in oī
bus regnis mūdi ꝓpter peccata po
puli scd̄m ꝙ p̄dixerūt. et primo methodi⁹
martyr quem beatus iheronim⁹ in opusculis
suis laudat loquēs de fine seculi cui⁹ ꝓphe
tia sequiť. In nouissimo aūt sexto miliena/
rio seculi exient filij ysmaelis de heremo et

erit aduentus coꝝ castigatio sine mēsura et
sine mia et tradet deus in manib⁹ coꝝ omia
regna gentiū propter pctā que operata sunt
ꝯtra p̄cepta dei. Ideo tradet nos de⁹ in ma
nus barbaroꝝ quia obliti sum⁹ precepta do
mini facient eīn xp̄iani multa illicita qꝛ ma
culabūt seipos adeo ꝙ turpissimū est ad di
cendū propterea tradet illos deus in mani/
bus saracenoꝝ persida erit in captiuitate et
occisione capodocia erit in captiuitate et occi/
sione alicia. In tribulatione erit terra syrie
erit in solitudine et ei⁹ habitatores captiui
ducenť. Sicilia similiter et habitatores eius
in gladio pibūt. Grecia in captiuitate erit et
occisione affrica erit similiter egyptij orien/
tales et Asia sub graui tributo in auro et ar
gento erit. Hispania gladio peribit et capti/
ui ducenť habitatores ei⁹ Gallia germania
agatonia varijs prelijs erūt deuorate multi
ex eis ducentur captiui romani in occisione
erunt et cōuersi in fugā. In sulis maris erūt
in desolatione et obtinebūt filij ysmaelis in
troitū ab aquilone et oriēte et meridie et oc/
cidente et replebiť iherosolima cūctis gēti/
bus q̄ captiui ducenť et replebiť terra ꝓmis
sionis oībus gentib⁹ et erit iugū coꝝ graue
super oēs gētes et erūt omnia sub iugo coꝝ
et tributo et oīa ornamenta diuitū coꝝ erūt
et que fuerunt in ecclesijs sanctoꝝ siue aurū
aut argentū siue lapides p̄ciosi et omnia or
namenta coꝝ erūt et distribuēt misteria dei
et erunt sacerdotes sicut populus qꝛ ecclesie
incendio cremabuntur et erit tribulatio ma
gna et multa corpora proijcienť in plateis co
ꝙ non sit qui sepeliat ea et erit saracenorum
iter a mare vsqꝫ ad mare et erunt regiones in
viam et vocabitur via coꝝ vie āgustie et gra
dientur simul iuuenes et senes diuites et
pauperes et cum gemitu et afflictione dicēt
beati sunt illi qui nos de hac luce precesse/
runt hoc beatus paulus p̄dixit nisi venerit
discessio primuꝫ et reuelatus fuerit et cetera
Quid enim aliud est discessio nisi disciplina
qua corripientur vniuersi habitatores terre
a filijs ysmaelis propterea onagrum appel
lauit deus ysmaelem patrem coꝝ ꝓpter hoc
in desolationē tradet oēm terrā et erūt mul
te vrbes deserte nō eīn sūt hoīes isti sic alij
gētes s; sūt filij ysmaelis de heremo venturi
et sūt hoīb⁹ odibiles. Audi igiť imitatores
coꝝ q̄ de heremo exituri sūt mulieres vtens

partus habentes. partusq cũ mulieribus si mul interficient in ecclesijs scõrũ cũ mulie ribus cõcubent et sacratis vestimentis eccle sie induent seipsos et vxores eorũ. Jumenta sua ligatura sunt ad sepulchra sanctorum tã ꝙ ad presepia et erit maxima tribulatio su per xpianos qui habitant super terrã. et tũc apparebunt fideles qui fuerint in xpo credi turi non enĩ propterea mittet deus has tri bulationes supra xpianos vt iusti declarent qui in xpo sunt credituri. sed vt manifestent qui in ipo erunt fidelissime credituri sicut ip sa veritas dicit beati eritis cum psecuti vos fuerint et dixerint omne malũ aduers⁹ vos mentientes ꝓpter me gaudete et exultate etc. sicut eni3 psecuti sunt pphetas qui fuerũt añ vos sed q pseuerauerit vsq in finem. hic saluus erit hec ille. Eandem sententiã tradit magi ster in historijs scolasticis super idẽ geñ. xvi. Dicent homo fer⁹ vbi nos habem⁹ fer⁹ he breus h3 phara qð sonat onager de ysmae le dictũ allegãs pdictũ methodiũ dicentem onagri et capre a deserto omnẽ bestiaꝝ sup gradientur rabiem et mansuetoꝝ numerus cõteretur ab eis. dixit. n. de filijs ysmael. fu turum est ãt vt exeant adhuc semel et obtine bũt orbem terre p octo ebdomadas annoꝝ et vocabit iter eoꝝ via angustie q2 patrẽ eoꝝ ysmael vocauit dñs onagꝝ. Jn sacris locis in terficient sacerdotes et ibidem cũ mulieri bus dormiẽt ad sepulcra sanctoꝝ religabũt iumenta et hoc p nequicia xpianoꝝ qui tũc erunt de quibus dicit in nouissimis diebus Erunt homines sese amãtes etc. Et tunc im plebitur ꝙ dictu3 ẽ per ezechielẽ. fili boĩs voca bestias agri et exhortare illas dicens. Congregamini et venite eo ꝙ sacrificiũ ma gnum immolo vobis mãducate carnes for tiu3 et bibite sanguinem excelsorum hec ille. Secundo pdictã castigationem xpianoꝝ per saracenos pdixit abbas ioachim in spe culo visionum libro. viij. capi. xli. dicens ꝙ aues nigre habentes nomen duabus litte ris confectum videlicet alphabeti latinoꝝ prima atq octaua future sunt in discrimine atq destructione crucis signatorũ quod ex ponens doctor peregrinus dixit ꝙ prima lit tera est a octaua vero littera est. h. Aues igi tur nigre sunt mauri sic dicti propter habitũ nigrum cappe nigre quem habet a nicolao apostata eorum doctore. nomen autem ipo rum ex duabus litteris conficitur sc3. a et h. quoniam agareni ab agar matre et ysmaeli te a filio ipsius nuncupati sunt. Tercio pre dictã castigationẽ xpianoꝝ pdixit scãssima femina hylde gardis q pphetauit ãno dñi Millesimo. lxix. in libro reuelationũ dei p te tercia ca. xiij. dicẽs vẽtura sũt mala guer re et belloꝝ victorie sup populũ xpianoꝝ ꝓpter tyrãnidẽ principũ et cupiditatẽ prela toꝝ et⁹ Sequit cadet q ppl's xpian⁹ in ma nu hircoꝝ capraꝝ et bestiaꝝ per q̃s bestias intelligit bestiales et fetidos saracenos. Quarto pdictã castigationẽ xpianoꝝ pdi xit cirillus in epistola de occurrẽtib⁹ malis in orbe symbolo. xxix. dicẽs in sexta die ma gna scĩ venturi⁹ est hirc⁹ violator castitatis a plaga meridionali et intrabit limites occi dentales et viuã ouẽ comedet et dentibus suis carnes agnoꝝ crudas dilacerabit an tes pedib⁹ cõculcabit et agnũ ouis filiũ cor nib⁹ ventilabit. qð exponit venerabilis ab bas ioachim sup trenoꝝ vltio. sic dicẽs. Hir cus machomet⁹ est agn⁹ ouis fili⁹ xps fili⁹ virginis corib⁹. i. ptãtib⁹ suis xpianũ ppl3 ventilabit. i. multiplici flagello guerraꝝ ve xabit ouẽ viuã comedũ. i. sanctã matrẽ ec clesiam catholicã viribus frãget et epat⁹ et dioceses ꝙplures penitus cassabit et denti bus suis carnes crudas agnoꝝ dilacerabit quia puuli etiã adulti vtriusq sex⁹ relicta fi de xpi sectã machometi assumẽt et vbi nom xpi et nomen virginis venerabant blasphe mentur et nomẽ machometi in magna vene ratione habeat a plaga meridionali venire dicunt q2 in eadẽ pte mauri florent et impe rant. Limites autem occidentales ptes. i. extremitates xpiane credunt. hec autem io achim. Quid autem sit de veritate pdictarũ pphetiarũ de⁹ nouit cuius iudicia abyssus multa.

De cessatione legis saracenoꝝ

[S]ecundus passus ẽ ꝙ lex saraceno rum non est perpetuo duratura sed debet cessare ꝙ sic ostendetur. Cer tum est ꝙ nullum violentum est perpetuum vt patet. iij. phisicorum. nemo etiam diu cõ tinet violenta imperia secũdũ senecã trage dia. vi. Cũ ergo iperiũ et dñiũ saracenoꝝ sit in orbe violentũ p3 q2 p arma et violentia

intrauit vt latissime declaratum est supra cõsideratõne secunda hui⁹. iiij. libri in secũdo puncto ergo imperiũ et dominiũ saracenorum non est perpetuũ nec diu duraturum et consequenter nec lex eorũ quod est intentũ. Item et hoc quod obtinetur trepida manu non est diu duraturũ sed tale est imperiu3 saracenorum patet quia est raptum per arma violantorum vt dictum est. et dicit Seneca tragedia prima. rapta ceptra turpida obtinentur manu. ergo imperium saracenorum non est diu duraturum et consequenter nec eorum lex. Item tercio sic illud imperiũ cuius ius solu3 est in armis non est diu duraturum sed imperij saracenorum ius solu3 ẽ in armis patet quia machometus non ostẽdit aliud miraculum quo ius sui imperij et veritas ostenderetur legis sed nudabat ensẽ et eleuabat in manu ac si diceret nullũ aliũ ius vestri imperij et dominij et legis habetis in orbe nisi in armis. Sic dicebat lic⁹ raptũ tenens imperium heraclis et timens eũ perdere tragedia prima senece ius est in armis ergo concluditur ꝙ imperium saracenorum nõ est diu duraturum et sic lex eorum cessare debet. Unde et doctor subtilis scot⁹ in primo sententiarum questione secunda ꝓlogi via septima obijciens de permanentia secte machometi dicit ꝙ prophetia est apud eos et ꝙ secta eorum est finienda. Unde et ante captionem ciuitatis damiate liber quidem inuentus fuit arabice scriptus cuius autor ꝓdixit quendam regem xp̄ianum in eibam ciuitatem debere destruere et ossa machometi dispergere quod erit signum destructionis sue legis.

¶ Quo tempore lex machometi et eius dominium debet cessare.

Tercius passus est de tempore quo lex machometi et eius dñiu3 debet cessare. Circa quod dici poss3 saluo meliori iudicio ꝙ tunc cessabit quando populus xp̄ianus fuerit debite castigat⁹. Unde secundum augustinũ et fuit tam dictũ in principio none ꝯsiderationis hui⁹ libri. iiij. añ incarnationem dñi populus dei elect⁹ erat popul⁹ iudeorum p⁹ incarnationẽ vero est popul⁹ xp̄ianorum. et sic ille erat popul⁹ dei electus et tñ dedit ei flagellũ infideliũ gentiũ. Ita nũc religioni xp̄iane sibi dilectissime dedit flagellum infideliũ saracenorum. Nunc aũt scd̃m pliniũ in tercio libro sue philosophie flagellum seu virga non ꝯburitur ꝙdiu peccator et seruus inutilis non corrigitur. Dicit refert ipseq socrates sciscitatus quare manipulum virgarũ non cõbureret post magnã et longam verberationem pardini discipuli sui filij magni prepositi. respondisse dicitur ꝙ nec combureret quousq correctũ et emendatum presensisset. Refert etiam plato magnus philosophus de doctrina antiquorum libro. ij. capitulo. xliij. ꝙ dum vna dierum montem pigamũ ascenderet subito tremuit et mugitus horribiles emisit arbores sciscitabant quare tremuit et mugit⁹ dederit mõs respondit qm̃ pastorem vigilantem et custodientem gregem suam ego video et arbores dixerunt vt et tu cũ sis mons altus valde et magnus vnum times pastorem. Qui respõdit timeo et mugeo quia ignem portat in pera qui medio flatu ignis incẽso me destruet vosq omnes ad radices combnret. quod futurum considerans malum in orbe venturũ cum lacrymis tractatum qui de lamentationum mira breuitate de malis in seculo futurum in seculo descripsit per quem dicunt greci aristotelem alexandrum in multis instruxisse et deum pastorem ignem in pera fuisse Alexandrum in grecia tocius mũdi monarcham primum. mons magnus totus mundus iste arbores ciuitates. villa et castra et reges vellentes existentes in ipsis hec plato Deus ergo semper flagellu3 ponit sicut pi⁹ pater suis filijs dilectis quibus sufficienter castigatis flagellum igne comburit secũdu3 ꝙ notat beatus augustinus in libro de verbis dñi in tractatu. xix. Ubi sic ait. non leteris impie vel tyrãne qm̃ virga vel flagellu3 efficeris nouit eñ prudens doctor necigno rat pius pater post castigationem ꝓmouere discipulum et post debitam emendationem paternali hereditate proficere filium flagellum quoq siue virgam incendio flammarũ comburere. hec augustinus. Patet ergo et probabitur ꝙ facta ꝯdigna castigatiõe ppl'i xp̄iani destrueret imperiũ saracenorũ et sic cessabit eorum supstitiosa secta siue lex.

¶ Quartus iste passus est de perpetua saracenorum seruitute sub iugo xp̄ianorum.

Quartus passus et vltimus est de perpetua captiuitate seu seruitute saracenorum sub iugo xpianorum. Hanc autem seruitutem predixit methodius martyr loquens de fine seculi. Unde postquam pnunciauit castigationem xpianorum per saracenos. Subsequenter dixit et post tribulationem dierum que facta erit a filijs ysmaelis desolata erit omnis terra ab eis et erunt oes amicti ornamentis ex auro et purpura et splendidis vestimentis tanquam sponsi dicentes. Ecce vicimus terram in fortitudine nostra et oes qui habitant in ea. Tunc recordabitur dominus deus secundum suam misericordiam quam pmisit diligentibus se et eis qui in xpo sunt credituri et liberabit eos de manu saracenorum. Surget autem xpianorum gens et preliabitur cum eis et occidet eos gladio et captiuas ducet mulieres eorum et interficiet infantes eorum et descendent filij ysmaelis in gladium et tribulationem et afflictionem et reddet illis dominus mala que ipsi alij fecerent et irruet super eos malicia septies tantum quantum in alijs gesserunt et occidet illos dominus in manus xpianorum et erit regnum xpianorum exaltatum super oia regna et imponent xpiani iugum super eos graue et erunt serui qui remanebunt et tunc pacificabitur terra que ab eis fuerat destructa et qui captiui fuerant ab eis reuertentur in terram suam et multiplicabuntur homines super terram et erit indignatio magna regis romanorum super eos qui xpm negauerunt et erit pax et tranquillitas magna super terram qualis non fuit aut ea nec erit similis post illam pro eo quod in fine seculorum erit leticia et pax super omnem terram et requiescent a laboribus Hec erit pax de qua dicit apostolus .i. ad tessalo. v. Cum fuerit tranquillitas magna et securitas tunc veniet repentinus interitus a quo liberari mereamur feliciter per ihesum xpm dominum nostrum qui est turris fortitudinis a facie inimici: cui sit honor et gloria sine fine Amen.

Incipit liber quintus et vltimus: tractans de bello demonum contra fidei fortalicium.

Dissolutis hereticorum iudeorum et saracenorum bellis. Restat explicari in hoc libro quinto et vltimo huius voluminis de demonum viribus quid .s. possint contra nostrum fidei fortalicium. et vt meum possem explicari conceptum duodecim considerationes circa bellum demonum occurrunt pertractande. Prima est an sint demones et de quiditate demonum et eorum nobilitate ac natura: Secunda de eorum scientia Tercia de bello demonum in celo. Quarta de eorum habitatione. Quinta de eorum potestate et preeminentia. Sexta de bello demonum contra humanum genus postquam ceciderunt de celo vsque ad xpi aduentum. Septima de perditione hominum eorum per iusticiam in xpi aduentu. Octaua de perfectionibus et malicia demonum. Nona de bello: demonum post aduentum xpi. Decima de diuersitate demonum et si possunt haberi spiritus familiares. Undecima de qualitate et figuris corporum in quibus apparent et si possunt humana corpora vel animas subintrare. Duodecima quo fine debent terminari bella demonum.

Prima consideratio est de quatuor punctis

Prima consideratio est an sint demones et de quiditate demonum et de eorum nobilitate ac natura. quatuor ergo puncta in hac consideratione sunt videnda. Primo an sint demones. Secundo quid est dyabolus. Tercio qualis est eius nobilitas. Quarto qualis est eius natura.

An sint demones in mundo et si sunt que sunt eorum nonmina.

Primus punctus est an sint demones et que noia eorum. Quo ad primum non discrepant iudei et saraceni a xpianis quia apud iudeos scriptum est esse diabolos et de principibus eorum husa et azael esse appellatos. dicebant

etiā iudei in euāgelio insultantes ɔtra xp̄z demoniū hꝫ et insanit. Job. x. Et iterū in belzebub principe demoniorꝫ eijcit demonia Math. xij. quod nō affirmarent nisi dyabolos crederent eē. Nō. n. pūt negare quin scriptū sit in primo Regū. xvi. ꝙ spūs malus agitabat saul. Saraceni etiā cōcedūt demones esse et illos principes demonum quos vocant iudei busa et azael. Ipsi vocant in lingua arabica aroth et maroth. nos vo xp̄iani de hoc certā fidē habem⁹ cum euāgelica doctrina hoc expsse in plurib⁹ locis exprimat. Et ideo de hoc nulli dubiū esse dꝫ sed cū certitudine affirmare demones eē in mūdo. Demones vero nō nominam⁹ nos xp̄iani nisi eo mō quo in sacra scriptura nos reperim⁹ scdm modū sue temptationū. Vn̄ qū temptat de supbia nominat̄ apolludus. i. deosummens Apoc. xx. qū de inuidia dicit̄ sathā. i. aduersari⁹ Math. xvi. qū de ira dicitur exterminator. i. cor. x. quia ira ponit animā extra terminos suos. qū de accidia dicitur demoniū. i. sufficiens iniquitas Mathei viij. qꝫ sufficit ad pugniendū hominē. quādo de auaricia dicit̄ leuiathā. i. additamentū Job. xij. qū de luxuria dicit̄ asmode⁹. i. facture iudiciū Thobie. iij. qꝫ ppt̄ luxuriaꝫ iam dn̄s mūdū iudicauit diluuio Gen̄. vi. qū de gula dicit̄ Behemoth. i. aial Job. xl. qꝫ regula reddit hominē bestialē Item vocat̄ belial quod interpretat̄ absqꝫ iugo vel absqꝫ dominio. Judic. xix. qꝫ ppossse pugnat ɔ̄ eū cui dꝫ esse subiect⁹; Itē vocat̄ belzebub Luce. xi. quod interptat̄ vir muscarꝫ p immūdicia et sordibus ydolatrie et sanguinis eis immolati ad quē multitudo muscarꝫ cōueniebat. pꝫ ergo demones eē et que nomia eorꝫ scdm xp̄ianos iudeos et saracenos.

¶ De quātitate demonū;

Secūd⁹ pūctus est scire q̄d ē dyabolus Pro cui⁹ declaratiōe notandū ꝙ fuit opinio platonicorꝫ precipue apulei scdm ꝙ refert beat⁹ augustin⁹ octauo de ciuitate dei ca. xvi. allegās varronez qui fuit platonic⁹ ꝙ demones sūt genere aialia aio passiua. mēte rōnalia. corpore aerea. tēpore eterna. Si aūt obijciat̄ ꝙ demōes nō pūt dici aialia cū sint substantie incorporee. Dicendū est ꝙ nō loquit̄ hic augustin⁹ scdꝫ mentē ppriam vt dictū est. sed scdm opinionez platonicorꝫ Et iō irrationabiliter loquūtur sic diffinientes demones cū hoc attribuunt augustino. Vn̄ idē augustin⁹ scdm mentem ppriā et rectā fidē diffiniens demones libro eodē ca. xxij. dicit sic. demones spirit⁹ nocendi cupidissimi. a iusticia penit⁹ alieni. supbia tumidi. inuidia liuidi fallacia callidi Quidē ali⁹ dicit ꝙ demones sunt substātie rationales incorporee ingrate deo damnationis hominū cupidissimi.

¶ De nobilitate demonum

Tercius pūctus est qualis est nobilitas demonū Pro cui⁹ noticia sciendū ꝙ loqui possum⁹ de demonibus dupliciter vel quo ad bonitatē moralē vel quo ad bonitatē nature. Si loqm̄ur de bonitate morali boni hoīes meliores et nobiliores sunt demonib⁹ Unde augustinus de ciui. dei ca. xv. loquēs de demonib⁹ scdꝫ opinionē platonicorꝫ ꝙ viuunt corporibus naturalib⁹ et phisicis sic aīe nostre et ꝙ illa corpora demonū sunt incorruptibilia dicit nō ideo demones meliores sūt hoīb⁹ quia hn̄t corpa meliora. s. icorruptibilia Alioqn̄ multas bestias hoībus pferem⁹ Quis em̄ in. qt hoīm vidēdo equabit̄ aquilis et vulturib⁹ Aut qs odorādo canibus. qs velocitate lepori⁹ ceruis et oib⁹ auib⁹ qs multū valēdo leonib⁹ et elephātib⁹, qs diu viuēdo serpēnb⁹ qui etiā deposita tunica. senectutē deponere. et in iuuētutē redire phibent̄ Sed sicut his oib⁹ meliores ratōnādo sum⁹ Ita etiā demonib⁹ honeste viuēdo meliores eē debem⁹. Hec augustin⁹. pꝫ ergo ꝙ in moribus nobiliores sūt boni hoīes demonibus. Si vero loquamur de nobilitate nature. nobiliores sunt demones hoīb⁹ quātūcunqꝫ sctis sicut deducit̄ ex dictis augustini. ix. de ciui. dei ca. ix. vbi dīt ꝙ aial ex aīa et corpore cōstat. quorꝫ duuꝫ aīa quātūcūqꝫ viciosa est melior corpore. quantūcunqꝫ bn̄ disposito sicut dicitur ꝙ aurum licet sit lutum. argento quis purissimo carius estiat̄ Ex quo dicto elicit frācis⁹ de maronis i florib⁹ suis duas cōclusiōes. Prima ē ꝙ demōes sunt meliores hoīb⁹ quātūcūqꝫ sctis qꝫ sic aīa viciosa excellit corp⁹ qdcūqꝫ ppt̄ excellēciorē naturā. ita substātia spūal' oēꝫ substātiā corpalē

Secunda conclusio q meliores sunt angeli quibuscunq animabus separatis. quantumcunq beatis. quia maior est excellentia nature secundum quam angeli superant ipsos cum maior sit excellentia de genere substantie. q excellentia gracie. que est quedam forma accidentalis. Et isto modo ponuntur etiam meliores aia christi Dec ille.

De natura demonum.

Quartus punctus est qualis e natura demonum. Ad quod breuiter respondetur dupliciter. Primo q eorum natura non est mala sed bona. Uidit n. deus cuncta q fecerat et erant valde bona gen. primo. q aut dyabolus sit malus non bz ex natura sz ex vicio. Secundo dicitur q eorum natura est mortalis et dissolubilis sed ex dei gratia eorum natura est immortalis et indissolubilis sicut et bonorum angelorum. Unde plo in libro thimei loquens in persona dei ad angelos dicit dii deorum quorum opifex et magister ego sum vos vestra natura corruptibiles estis mea aut voluntate incorruptibiles permanetis. Istud dictum allegat augustinus. xiiij de ciui. dei ca. xvi. dicens. Sententia fuit platonis deos et angelos esse mortales secundum suam naturam et dissolubiles qz sunt facti a deo tamen diuina voluntate indissolubiles. Et quia diuinum consilium et volutas sunt validiora q sit eorum natura Ideo dicit plato q non dissoluentur. Et hec videt fuisse intentio prophirij qui fuit platonicus in capitulo de differentia vbi dicit. Sumus et rationales nos et dii. i. angeli. sed mortale additum nobis seperat nos ab illis. quasi dicat mortales erant angeli sicut et nos ex natura sed diuina voluntate immortales facti sunt et sic differunt a nobis

De scientia demonum.


Secunda consideratio e videre qualis e scia demonum. Hic sunt tria puncta declaranda. Primus est de scia demonum Secundus est cuius scientia artes magice exercentur et si possunt sine pecco exerceri. Tercius e de arte notoria si est a deo vel a demonibus.

De scia demonum ante casum et post casum

Primus punctus est de scia demonum Circa qd notandum est q dupliciter possumus loqui de scientia demonum. Uno modo de illa scia quam habuerunt an casum suum de celo et sic dicit magister sententiarum in scdo distinctione. iij. q triplicem cognitionem naturalem habebant scz q facti erant a quo facti erant et cum quo facti erant. s. cum celo empyreo materia prima et tpe notitiam etiam habuerunt boni et mali et qd appetendum et respuendum illis esset dicit etiam beatus augustinus loquens de noticia angelorum an casum. xi. de ciui. dei ca. vij. et. viij. q cum sit alia noticia angelorum matutina et alia vespertina quarum prima est rerum in verbo et scda rerum in genere proprio qn fuit dictum factum est vespe et mane dies vnus Gen. primo Ibi accipit mane p noticia matutina et vespe p vespertina. Et secundum hoc ponunt dies sex sm q angeli illa sex genera creaturarum que ibi numerantur cognouerunt noticia matutina et vespertina in primo instanti quo oia fuerunt simul creata scdz illd ecclesiastici. xviij. q viuit in eternum creauit oia simul. Si vo loquimur de noticia demonum post casum dicit magr in scdo sententiarum distin. vij. q demones lz sint obstinati in malo triplici tn scientie acumine vigent scz subtilitate nature tempor experientia et reuelatione spirituum supnorum. Primo intelligunt naturalia psentia Scdo mo naturalia futura sicut tempora pluuiosa vel sicca et eclipsis solis et lune et huiusmodi. Terciomo intelligunt voluntaria s de cognitione futurorum contingentium dicit dns bonauentura in scdo sententiarum q lz demones non possunt pfe scire futura contingentia certitudinaliter tn frequenter vera predicunt quia euentum futurorum aliquo modo presentiunt. iiij. modis scdm augustinum super gen. ad litteram quia aut presentiunt talia ingenij aut sensus acrimonia vt quando videt aut considerant diligenter ad qd inclinet affectio mea vel que sint inducentia vel retrahentia aut psciunt talia temporum experientia scz q ex talibus viderunt accidere similia. Aut tercio talia presciunt demones cautela dolosa vt quando pponunt aliquid facere et primo pdicunt quasi sit aliqd futurum. Aut qrto talia pdicunt demones aliena doctrina vt qn scz diuino iudicio pmittit aliqd a bonis angelis addiscere. Unde patet q demones futura contingentia et si possint pro

babiliter opinari nequiunt tñ certitudinalit scire. De cognitõe vero temporaliũ et mutabiliuʒ dicit beatus augustin⁹. viij. d ciui. di capitulo. xxi. q angeli boni certi⁹ ista tẽpalia et mutabilia nouerent quia eorum principales causas in verbo dei sapiẽcia ɔtẽplãtur ꝗ quorumdã signoꝝ nobis occultorũ maiori experientia multo plura q̃ homines futura prospiciunt. Deniq3 aũt isti sepe nunq̃ illi omnino fallunt q ibidem declarans dicit. Aliud eñi est temporalibus tẽporalia mutabilibus mutabilia scire eisq3 temporalem et mutabilem motum sue voluntatis et facultatis inserere q demonibus certa ratiõe pmissum est. Aliud aũt in eternis atq3 incõmutabilibus dei legibus que in eius sapiẽtia viuũt mutationes reꝝ preuidere dei que voluntatem que tam certissima q̃ potentissima est spũs eius participatiõe cognoscere q sanctis angelis recta discretione donatũ est. Ex quibus sequuntur duo documenta. Primum est q sancti in dei legibus eternis cõtemplantur futura quia hic hoc dicit expresse. Secundum documentũ est q sancti in diuina voluntate cognoscunt ista futura cõtingentia quia dicit q dei voluntatem que certissima est et omnipotens ista nouerũt. Sʒ remanent due difficultates. Prima est si demones habuerunt noticiã prophetiaruʒ aduentus xp̄i dicenduʒ q sic. cognouerũt etiã q xp̄s in lege et pphetis pmissus deberet esse verus deus et verus hõ et q debebat pro humano genere de virgine nasci et pati in genere. nunq̃ tamẽ in specie cognouerũt q in hoc homine xp̄o ista cõplerentur. Sciebat enim dyabolus per scripturas et pphetas q xp̄s ventur⁹ erat ver⁹ de⁹ et verus hõ. Etiam sciebat tempus natiuitatis xp̄i esse impletum per ebdomadas danielis tamen nesciebat certitudinaliter q; ihes⁹ nazaren⁹ esset ipse xp̄s. Veruntamen ppter eminẽciã sanctitatis habebat quandam coniecturam q ipse esset verus xp̄s et hoc voluit experiri per temptationem et per illam illum inducere ad peccatuʒ si inueniretur purus homo. sed neutruʒ obtinuit licet temptauerit eum de cõcupiscentia superbia et auaritia. Unde lʒ ille demon qui xp̄m in deserto temptauit fuerit inter demones acutioris ingenij. nunq̃ tamen scire potuit per certitudinem verũ deus esset qui erat pmissus in lege ad salutem mundi et deiectionem dyaboli nisi per quandam coniecturã et ideo procurauit xp̄i captionem per iudeos intelligẽs per aliqua signa q ipse esset verus xp̄s et per consequens q per eius mortem expoliationem [illegible] hoc [illegible] per eius passionem et per scripturarum impletionem et forte per sanctorum patrũ in limbo existentium exultatiõeʒ. Ideo mortem eius impedire voluit per vxorẽ pylati cuius preces efficaces credebat in cõspectu viri sui vt notat Nicolaus de lyra super math. Secũda difficultas ẽ si demones cognoscant cogitationes nostras. Respondetur q soli deo cognite sunt scdʒ cõmuneʒ opinionem doctorum et hoc videtur per illud quod dicitur primo Regũ deus aũt intuetur cor. et primi per alipomenon. vi. tu sol⁹ nosti corda filiorum hominum. dicit tamẽ hic Nicolaus de lira sup illud ad hebreos. iiij. viuus est sermo dei etc. Et discretor cogitationum et intentionuʒ cordiũ q licʒ aliqui doctores dicant ipsam cogitationẽ nostram esse cognoscibilem pure substantie spũali tñ de intentione cogitatiõis ipsi cõcedunt q ẽ cognoscibilis soli deo. verbi grã si cogitem de muliere dicũt q hoc potest cognoscere angelus bonus siue malus. Etiam ex naturalibus sed si cogitem de muliere intentiõe decipiendi ipsam vel ad bonum informandum cognoscit solus de⁹. Et ppter hoc subdit apostolus et intentiõʒ cordis quia cognitio xp̄i non solum se extendit ad ipsas cogitationes sed etiam ad cogitationũ intentiones quod nulli demoni [illegible] cõuenit. Ad istud etiam ppositum loquitur augustinus de diffinitionibus sic dicens. Internas animi cogitationes dyabolum nõ videre. Certi sumus sed motu eas concipi ab illo et affectionum iudicijs colligi experimento didicimus. secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicimus tu solus nosti corda filioꝝ hominum.

q artes magice demonum sciã exercentur


Quintus punctus est cuius scientia artes magice exercentur et si possũt sine peccato exerceri. Ad primum respondetur q artes magice exercentur scientia demonum sicut traditur in secũdo sentẽtiarum distinctione septima. Unde ibidẽ dicit

q eorum scientia et virtute artes magice ex/ercentur quam scientiam et virtutē huiusmodi operando a deo demones acceperunt vel ad fallendum fallaces vel ad monendum fideles vel ad exercitandam et probandaꝫ iustorum pacientiam. Ad secūdum dicitur q artes magice vel diuinatōes non possunt exerceri vel a demonibus consilium vel auxilium requiri absq peccato nisi forte in hoc casu vbi deus dyabolum subijceret homini iusto sicut de aliquibus viris sanctis narrat Voluntario autem commertio non potest sine peccato. Nam aut est ibi peccatum infidelitatis vt pote si homo demoni credendo attribuit ei aliquid diuinum aut est ibi peccatū ydolatrie vt pote in oblationibus et sacrificijs. Aut est ibi peccatum inobedientie saltem quia facit contra prohibitiōem dei et ecclesie. rō huius prohibitōnis est quia talis peccat in deum dum recurrit ad dyabolum quasi non sit omnipotens deus christianoꝝ et omnino sufficiens et benignus. Itēꝫ peccat in seipsū dum se cōmittit discrimini corporis et animme. Item peccat in ecclesiam dum habet commertium cum illo qui est omnio precisus et ecclesie aduersarius et ideo in caracteribus magnum peccatum est quia est ad ministerium demonum inuocandus quia huiusmodi ex se non habent virtutem sed solum ex pactione diaboli. Sicenīz pādit dyabolus illis qui fiūt ei familiares q talia signa recognoscant et ad ea se presentes offerant. Ostendunt enim demones se per illa cogi vt aliquid virtutis ostendant se haberi in huiusmodi artib⁹ in quib⁹ sunt multa nephāda per que abducitur homo a fide et cultura dei Et ideo hec facit dyabolus nō quia in illis delectetur sed potius in infidelitate facientium. Sunt autēꝫ hec magice artis nigromantia piromantia aeromantia ydromantia geomantia et aromātia que sūt diuinationes in mortuis quo ad primam in igne quo ad secundaꝫ. in aere quo ad terciam: in aqua quo ad quartam in terra quo ad quintam et in manibus quo ad sextam tales magici malefici vulgo nūcupātur ob facinorum magnitudinem nigromātici dicuntur quibus precantationibus videntur resuscitatum mortui et ad interrogata respōdere. Alij dicuntur cantatores qui arteꝫ verbis peragunt. Alij dicuntur arioli qui circa aras ydolorum nepharias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt hisq ebrietatibus demonum responsa accipiunt. Alij dicuntur aruspices quasi horarum inspectores dies enīꝫ et horas in agendis negocijs opibusq custodiunt et quid per singula tempora obseruari debeat homo intendūt extra eciam pecudum inspiciunt et ex eis futura predicunt. Alij dicuntur augures qui volatus auium et voces intendunt Aliaq singula rerum vel obseruationes improuisas hominibus. Alij dicuntur astrologi eo q in astris augurantur. Alij dicuntur genetici ꝑpter natalicium considerationes quia per cursuꝫ syderum nascentium mores actus euentusq predicere conantur que vulgo mathematici dicuntur. ydromantici ab aquis dicti sunt. Est enim ydromancia in aquarum inspectione vmbras demonum euocare ibi que ab eis aliena audire prenunciant. Etiaꝫ demones interdū per aliquas figuras vel signa q in rebus inaiatis apparent que si fient in aere vocatur aeromantia. si in igne piromātia si in visceribus animalium immolatorum in aris demonuꝫ vocatur aruspicia. si ꝑstra nutationes hominum vel membrorum saltus vel motus quorumcūq animalium dicitur augurium. Si vero fiat ex aliquibus signis in spatula alicuius animalis apparentis vocatur spatulantia qui sub nomine ficte religionis per quasdam quas vocant sanctorum sortes diuinatōnis scienciam ꝓfitētur. Aut quarumcūq scripturaruꝫ inspectione futura ꝓmittuntur. Si vero tales figure vel signa fiant in terra dicitur geomantia a geos q est terra. Si vero in plantis manuū dicitur ciromancia a ciros q est manus taliibus portētis per demonum fallacias illuditur curiositas humana quomodo id imprudenter scire appetit quod nulla ratione inuestigare ei ꝯuenit. Unde vitanda sunt a xp̄iano et omnū penit⁹ execratione repudienda quia in istis omnibus vel expresse demon implloratur aut propter petitōnem hominis se occulte demon ingerit hanc maledictaꝫ artem primus Zoroastes inuenit qui sol⁹ natus est ridendo. hunc nin⁹ rex assirioꝝ bello interfecit Et si queras quid tales magi facere possunt. Respondetur q ipsi permissiōe dei elementa cōcutiunt mentes turbant hominum min⁹ in deo confidencium sensus

illudunt ac sine ullo veneno hausto violen-
tia tm̄ carminis ledunt et interdū perimunt
Magi ergo scdm priuatus contractus quos
habent cum demonibus agere artem eoꝝ
que ars magica non est supra ordinem natu
ralium causarum immo fit virtute actiuorū
naturalium. tm̄ est supra cōprehensiōꝫ homi
num et facultatē propter tria primo quia de
mones magis cognoscunt actiuoꝝ natura-
lium virtutum ꝙ homines. Secundo quia
scelerius possunt ea congregare.. Tercio qa
actiua naturalia que assumūt vt instrumēta
se possunt extendere ad maiores effectus ex
virtute aut demonum arte ꝙ ex virtute seu
arte hominum. Inde hominibus videntur
miracula et stupenda que per aliquos artifi
ces fiunt et sic patet ꝙ magi veritatem sper-
nentes et mendacia credentes seducti a de-
monibus eis coaptantur cum quibus sine
fine pibunt hec et plura alia de magicis arti
bus ex libro de ciui. dei transumptiue in de
cretis. xxvi. questione. v. capitulo nec mirū

¶ Ars notoria est illicita et a demonibus inuenta.

Tercius punctus est de arte notoria
si est a deo vel a demonibꝰ et si pñt
demones infundere scientiā aliquā
Ad primum respondetur scdm fratrem Jo
hannem astaxen. in summa sua ꝙ ars noto
ria est illicita et inefficax. Unde arguit a de-
monibus inuenta. Illicita em̄ est quia vtit
quibusdam ad scientiam habendā que nō
habent secundum se virtutem causandi sciē
tiam sicut inspectione quarūdam figurarū
et platione quorūdam verborum ignotorū
et aliis huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars
non vtitur his vt causis sed vt signis. Non
aūt vt signis diuinitꝰ inspiratis sicut sunt sa
cramētalia signa. Unū restat ꝙ sūt signa va-
na et superstitiosa et p ꝯsequens continētia
quedam pacta significationum cū demoni
bus pbabita et federata. Ars igit notoria
quasi a dyabolo inuēta. est a xpiano penitꝰ
repudianda et fugiēda sicut et alie artes nu-
gatorie et noxie supstitiōis vt augustinꝰ dic
scdo de doctrina xpiana. Est etiā huiusmodi
ars inefficax ad scientiā acquirendā cū enī
per huiusmodi artē nō attēdat acqsitio sciē
tie scdꝫ modū hōi cōnaturalē sꝫ in adinue
niendo vel addiscendo ꝯsequens est ꝙ iste
effectus expectatur a deo vel a demonibus
Certum est aūt aliquos a deo sapientiā et
scientiam per infusionem habuisse sicut de
salomone legitur. iii. regū. iii. et scdi palipo
primo. xps enim dicat discipulis suis luce.
xxvi. Ego dabo vobis os et sapientiam et
scientiam cui non poterunt resistere et cōtra-
dicere omnes aduersarii vestri. sꝫ hoc donū
datur quibuscunqꝫ cum certa obseruatione
sed secundum arbitriū spūssancti scdꝫ illud
prima corinth. xii. Alii datur per spm̄ sermo
sapientie etc. et postea subdit hec omīa opa
tur vnus atqꝫ idem spūs diuidens singulis
put vult. Ad demones aūt nō pertinet illu
minare intellectum. Acquisitio aūt sapiētie
et scientie fit per intellectus illuminationum
et nullus vnqꝫ scientiā per demones acqui
siuit et sic patet solutio ad scdm. possunt tm̄
demones hominibus colloquendo aliqua
rum scientiaꝝ exprimere documēta sed hoc
non queritur per artem notoriā. Et si dicas
ꝙ danielis primo pueris abstinentibus de
dit deus scientiā in omni libro et sapientiā
Sed obseruantia artis notorie est scdꝫ que
dam ieiunia et secundū quasdam abstinen
tiam. ergo per artem illā pōt haberi talis sa
pientia et sciētia. Rñdetur ꝙ illi nō abstine
bant scdm vanā obseruantiā artis notorie
sed scdm auctoritatem legis diuine nolētes
cibis gentiliū inquinari. Ideo merito obe-
dientie a deo scientiam consecuti sunt scdm
illud psalmi super senes intellexi quia man
data tua exquisiui.

¶ De bello demonum in celo.

Tercia consideratio est de bello de-
monum in celo. Cum. n. āgeli fue-
rūt creati in celo ēpireo vt dixit be-
da. et allegat magr in scdo sniaꝝ distī. scda
omnes āgeli fuerūt boni creati et sine vitio
Unde innocentes sunt creati non tm̄ virtuti
bus pdicti que statibꝰ apposite fuerūt vt pꝫ
ibidē non tm̄ fuerūt apposite cadentibꝰ. boni
em̄ fuerunt ad deū cōuersi qd ē deo adhere-
re. mali aūt fuerūt auersi a deo quod ē odio
habere vel inuidere. Inuidie enim mr est su
perbia qua voluerūt se par ficare deo. vt pꝫ
eodem libro distin. v. Et cū esset inter oēs
angelos lucifer excelsior. nec inter statos ali

quis fuit eo dignior eminentiam sue nature et profunditatem sue scie ppendens in suum creatorem superbiuit tantum q deo voluit se equare vt patet libro eodem distinctiōe. vi. dixit enim in corde suo illud Esaie. xiiij. Ascēdam in celum vbi. dixit magister distinctōe secūda li. ij. q celū vocat equalitatē diuinā deo enim se parificare volebat. quia breuissima morula fuit vt dicit magister suiaz. mor ergo vt creati fuerunt angeli quidaz deo adheserunt per charitatem. quidam vero cum lucifero deo restiterunt per superbie prauitatem et sic inter vtrosq factum est preliuz magnum in celo Michael et angeli eius et ce fa et non preualuerunt draco et angeli eius neqz locus inuentus est amplius eorū in celo apocalicis. xij. Hoc autem preliuz in celo nō est intelligenduz materiale sed spūale quod factum fuit qn̄ boni et mali diuersos effect9 et cōsensus habuerunt qn̄ dixit lucifer. Ascēdam in celū et ero similis altissimo vbi magister dicit non p imitatōez sed p equalitatē potentie vbi supra. Ecce affectus et cōsens9 superbie Et econuerso boni angeli humilem habuerunt affectum. Unde michael dicitur preliasset cum dracone quia michael interptatur quis vt deus. Ecce humilitas et reuerentia. vnde psalmo. lxxxij. Dn̄e quis similis erit tibi. q.si diceret non lucifer superb9 nec quicunqz alius sic ergo michael cū angelis suis facto prelio magno habuerunt victoriaz de superbo lucifero et ei adherentibus qui p̄cipitati sunt de celo. Et vt dicit franciscus de maronis in tractatu angelorum duplex fuit ibi pugna. quarum prima sumpsit initiū a lucifero sicut enim nunc impellit homines ad peccandum sic et tunc impulit sanctos angelos ad cōsentiendum sibi sed viriliter restiterunt. Secunda pugna sumpsit initiū ab archangelo michaele videns autem q alter deliqrat et q morte dignus erat et q in celo cum sanctis angelis habitare nō debebat expulsit eum viriliter et in istuz aerem caliginosū secunduz petrum aplm dicent. ij. petri. ij. lz lucifer restiterit quantum potuit sed nō preualuit vt dictum est Et si queratur quāta fuit mora inter creatōez angelorum et casum eorum de celo. Doctores cōmuniter dicunt q fuit morula parua scz a principio aurore vsqz ad creationem lucis vbi dicitur deus diuisit lucem a tenebris Sed tamē geraldus odonis in suo scdo sniarum distinctione quarta questiōne q̄rta dicit q fuit mora septem dierū ad min9 inter instans creatōis et auersionis bonorum et inter instans correctōis et auersiōis malorum q sine piu dicto snie melioris pbat duplici rōe pro cui9 pbatione supponatur ad pns q angeli fuerūt creati pma die hoc dicit magister. Tunc arguit sic Mali angeli post lapsū non fuerūt valde boni. id est optimi quia post lapsū nunq fuerūt boni. sz septima die a primo instanti creatōnis sue fuerūt valde boni ergo ad min9 inter primum instans creatōis et lapsuz malorum fuerunt septē dies minor pbatur p textū q: vidit de9 cūcta q̄ fecerat et erāt valde bona et factuz est vespere et mane sextus dies septimo vero diei benedixit de9 Gen. ij. Ex quo sic potest scdo argui. Angeli mali post lapsum nūq receperunt benedictōez dei sed die septimo receperūt benedictōem dei ergo ante diem septimū non fuerūt lapsi pbatur in cōtrarium per textū gen. ij. c. Et benedixit deus diei septimo glo. idest oibus creaturis ergo omnes creature receperūt benedictōez dei die septimo. Et si dicatur q natura spūalis operatur in instācia fortiori q sol qui radiū in instanti pducit. Cum ergo pma opatio angeli fuerit cōuersio vel auersio ergo in instanti fuerunt cōuersi vel auersi. Respōdet pdict9 doctor q pma operatio nō fuit cōuersio vel auersio sz fuit admiratō quia in illis septez diebus steterūt in admiratōnibus stuporosis operum sex dierū et istud videtur pbabile nisi aliquis sanct9 expsse diceret oppositū Sed die vij. cū deus benediceret illi die. benedixit cunctis opibus et benedictōe accepta q̄si licentia et mandato accepto q omnia facerent debitū suum angeli diuisi sūt in tres partes. omnes ei firmauerunt se in amore q̄dam in amore bonitatis q̄daz in amore diuine iustitie q̄dam in amore pprie ptātis et excellentie. et hec tertia ps vltia corruit de q̄ dicit Johannes in apocalipsis. xij. q draco de celo cadens secum traxit terciā partē stellarum prius vero nichil faciebat nisi q stabat in admiratōe stuporosa. Uidebāt enim subito celum extēdi et de nichilo pduci et sic de alijs opib9 de q̄bus omnes homines possunt mirari omib9 dieb9 vite sue Et si vlterius queratur qd fuit illud peccatū tāte grauitatis qd illud nō potuit sustinere celuz. Re

spondet q̄ quāq̄ fuerūt peccata que primus
cōmisit angelus in celo primū fuit peccatum
luxurie nō carnalis s; spūalis scdm scotū in
scdo sententiaꝝ distinctōe. vi. questio. ij. hec
aūt spūalis luxuria nihil aliud est q̄ amor
inordinat⁹ sui ipsi⁹. et sic lucifer se suūq̄ pri-
uatum bonum excecatus inordinate dilexit
intm̄ q̄ processit vsq̄ ad cōtemptū dei Unde
beatus augu. xij. de ciui. dei ca. i. ponēs dif
ferentiā inter bonos āgelos et malos dixit
q̄ in mūdi principio boni āgeli a malis fu
erunt diuisi q2 illi in cōi bono quod est de⁹
ꝑstiterūt Alij potius sua potestate delectati
velut summū bonū sibiipsis essent a cōi bo-
no ad ꝓpria defluxerunt Ex quo dicto acci
piunt duo documenta theologica. primum
est q̄ principiū oīs boni moralis est amor
bonis cōmunis q2 boni āgeli in hoc primo
meruerunt. Scdm est q̄ principium omnis
mali moralis est iordinata dilectio boni ꝓ
prij que in demonib⁹ fuit prima radix pec-
cati Scdm fuit peccatum sup̄bie et ꝑsump-
tionis. videns eīm se lucifer nobilissimū in
donis naturalibus nō dedit honorē deo
sed inaniter gloriatus est in seipso Unū apo
stolis gloriantib⁹ de ptāte eis data sup̄ de-
mones xp̄s dixit luce. x. videbā sathanam
ꝓpter eius inanem gloriā quasi fulgur de
celo cadentem de qua sup̄bia dicit̄ eccles. x.
Initiū omis peccati sup̄bia est. Tercio pec
cauit peccato auaricie et ambitiōis quia vi
dens se pulcherrimum sup̄ omnē creaturā
quam deus condiderat omnibus ꝯcupiuit
precesse sapiētie reputans ad hoc dignū ad qd̄
attigisset si stetisset scdm Anshelmū sic enī
in ꝑmanendo. xij. excellentias habuisset q2
fuisset optima creatura fuisset deo accepti
simus fuisset felicissimus fuisset deo simillim⁹
fuisset pulcherrim⁹ fuisset deo familiarissim⁹
fuisset dulcissim⁹ fuisset potentissim⁹ fuisset
omniū pōtifex fuisset oīm princeps fuisset oīū
doctor et fuisset omniū pater. S; q2 sine me
ritis ꝓpria auctoritate ꝯcupiuit ꝑesse delight
nolēs dō subesse Isaie. xiiij. sup̄ astra celi ex
altabo soliū meū. Quarto peccauit pcō inui
die et emulatiōis. Unū inuidia ē tristicia de
apparēti ꝓsperitate alteri⁹ s; lucifer cōstitu
tus est q2 de⁹ oībus p̄erat et nulli suberat er
go inuidit deo qua inuidia dicit̄ sapiētie. ij.
Inuidia dyaboli mors intrauit in orbē ter
rarū. Quinto peccauit peccato ire et indigna

tionis q2 videns se deiectū a ꝑadiso delicia
rum Ascendit ei⁹ malicia vsq̄ ad odiū dei
et nūc cadēs de celo bellauit ꝯtra hominē vt
dicetur infra cōsideratiōe. vi. Et fact⁹ est ho
micida Unū Johā. viij. Ille erat homicida
ab initio et in veritate nō stetit. Nō est ergo
mirādum si sic miserabiliter lucifer cum sibi
adherentib⁹ vici⁹ cecidit de celo cū tam gra-
uissime peccauerit cōtra creatorē suū. Et si
queras quot demones ceciderūt. Respōde
tur q̄ scdm q̄ notatur in sūma veritatis the
ologice libro. ij. In quolibet ordine āgeloꝝ
sunt tot legiōes quot sūt vnitates in legiōe
et sic in quolibet ordine sūt sex mille sexcēte
sexagintasex legiones angeloꝝ. Et cū tercia
pars angeloꝝ ceciderit sicut notat̄ a magro
distinctōe. vi. libri scdi capitulo primo quia
cecidit draco et traxit secum terciam partem
stellarum celi. apoca. xij. sequit̄ q̄ erit summa
legionū omniū angeloꝝ. lix. milia et nouē
cente. iiij. legiones et diminuēdo plus sum-
ma omniū erit trecenta nonaginta nouē cō-
puta et nouē centa viginti milia et. iiij. āge-
li. Sequitur etiam q̄ demones q̄ ceciderunt
de celo scdm cōparatiōem nouē ordinū an-
geloꝝ sunt decē et nouem milia nouē cente
nonagintaocto legiones demonū quoꝝ sū
ma scdm verā cōputationē est centū. trigita
tria cōputa et trecenta sex milia ac sex centa
sexagitaocto demonia sicut patet distinctōe
xiij. scdi. capitulo notādū. Opinio tn̄ cōis
doctorum est q̄ tot ceciderunt quot possunt
vnū angeloꝝ ordinē cōstituere et ꝯmuniter
numerus angeloꝝ cadētū est sexmille sexcē
te sexaginta sex legiones q2 totidē sunt legi
ones in quolibet ordine quot sunt vnitates
in legione vt dictū est. Erit ergo vera sūma
demonū cadentium scdm hanc cōputatiōem
xliij. cōputa et. iiij. centa trigintaquinq̄ mi
lia et quingenta quinquaginta sexagintasex
demonia. Ex quib⁹ manifeste patet excessi⁹
numeri bonoꝝ angelorum scdm vtrāq̄ viam
expellentium predictos demones de celo et
iubilantium ante deum in secula seculorum
patet etiam ex predictis numerus saluādo
rum. Ad hoc enim venit fili⁹ dei quia vt ait
paulus ad ephesios primo. ꝓposuit in eo
in dispensationem plenitudinis temporis
instaurari omia in que xp̄o in terris et in ce
lis sunt scilicet supplendum numerum ange
lorum cadentium in celo et renouando oēs

peccatores in terra. Nunc autem de saluandorum numero fuit duplex opinio doctorum. Augustinus vult quod tot saluabuntur quot ceciderunt et sic dic sicut supra dictum est. Gregorius vero dicit quod tot saluabuntur quot remanserunt et allegat illud. Constituisti terminos populorum iuxta numerum filiorum dei tenendo ergo quod due partes angelorum remanserunt scilicet sex chori cum in qualibet legione sint sex milia sexcente sexaginta sex legiones patet diminuendo quod eorum summa est ducenta sexaginta sex computa et sexenta tredecim milia et trecenti triginta sex angeli totidem ergo anime erunt saluande. Quibusdam vero placet quod in paradiso erunt duo parietes sic quod numerus supplebitur per virgines et in altero pariete tot erunt anime saluandorum quot angeli sunt in altero pariete quicquid sit de numero saluandorum deus determinate nouit qui solus numerat multitudinem stellarum et eis omnibus nomina vocat. et hoc videtur mihi securius dicendum cum ecclesia hoc videatur tenere vt patet in collecta Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

¶ De habitatione demonum post casum.

Quarta consideratio est de habitatione demonum. Circa quod notandum quod locus demonum post suum lapsum a celo vsque ad diem extremi iudicij non est locus subterraneus quem vocamus infernum sed aer caliginosus in quo multitudo demonum inhabitat et hunc locum sequestratum prouidit diuina clementia ne nimius acriter nos temptarent. Non tamen nimis longinquum seu remotum vt possent nos exercitare. Unde quod habitent in aere caliginoso hoc diuine iusticie est. quod vero ad nos veniunt hoc diuine permissionis est. et cum duplex interstitium sit probabile videtur quod ipsi sunt in medio. vbi est turbulentia et varietas impressionum et hinc est quod frequenter commouent ventos pluuias et tempestates. vtrum vero aliqui detrusi sint in inferno ego nescio nec a sanctis inuenio determinatum hoc autem bene credo quod aliqui tendunt illuc ad torquendas animas secundum quod habent deputata inter se male dictionis officia verba sunt domini bonauenture in secundo sententiarum. Magister etiam loquens de loco habitationis demonum libro secundo distinctione. vi. dicit quod lucifer et illi qui peccauerunt de celo empireo ceciderunt in istum aerem caliginosum qui est eis vt carcer vsque ad diem iudicij et hoc propter nostram probationem. et subsequenter dicit quod demones alternatis vicibus tendunt in infernum quia illuc animas detinent atque cruciant. Huic etiam sententie concordat beatus augustinus. viij. de ciui. dei capitulo. xxij. vbi dicit quod demones in hoc aere habitant qui de celi sublimitate deiecti merito irregressibilibus transgressionibus in hoc sibi congruo velut carcere damnati sunt. Ex quo dicto accipitur documentum quod demones vsque ad diem iudicij sicut dicit magister in inferno non sunt inclusi sed in hoc aere caliginoso communiter detenti. Sed est dubitatio vtrum vbicumque sint demones puniantur igne materiali. quidam voluerunt dicere quod sic licet dicant quod minus intense quam post vltimam damnationem et hoc probant per quandam glosam super illud iacobi. iij. inflammata a iehenna que dicit sic. Jehenna est dyabolus propter quem facta est. sicut enim iehenna semper ardet sic dyabolus vbicumque sit siue in aere siue sub terra secum fert semper tormenta flammarum. sed hoc non videtur intelligibile quod ignem cremantem vbicumque sint secum circumferant. Et ideo dicunt alij quod demonibus differtur pena ignis vsque ad diem iudicij. tum vt eorum exercitium non obmittatur, tum etiam vt diuina clementia ostendatur que sustinet vasa ire apta in interitum in multa paciencia qua retribuet omnibus secundum fructum adinuentionum suarum. Et hec positio videtur probabilior et illa glosa si inspiciantur sequentia non intelligitur de flamma ignis materialis sed de flamma viciorum scilicet superbie ire et inuidie quibus continue torquentur. Hec de mente domini bonauenture in secundo sententiarum.

¶ De potestate demonum et super quam gentem maiorem principatum.

Quinta consideratio est de potestate demonum cum enim habitum sit quod demones habitant vt communiter in aere caliginoso videndum est de eorum potestate quanta scilicet est Ad quod respondet beatus Job in capitulo. xli. Dicens de dya/

bolo q nō est potestas super terram que cō
paratur ei. et dicitur super terram ad drāz po
testatis que in celo est que ē dei et sanctorū
angelorū si tamen loquamur quantum ad con
ditionem nature nō est potestas nec in terra
nec in celo equalis sue potentie. Unde de lu
cifero scribitur ezechie. xxxi. omne lignum pa
radisi non ē assilatū ei et pulchritudini eius quā
speciosum eum feci. Sed oritur difficultas quia
si nō est potestas super terram ei que cōpa
retur ut expositū est. sequitur ergo q sua po
testas est infinita quia finitum finitū est cōpa
bile infinito vero non. Respondetur q hic
accipitur comparatio pro equatione. cōparetur. i.
equetur nec loquitur de cōparatiōe sed de equa
litate. Unde grego. xxxiiij. moralium. potestas
eius super terrā cunctis eminentior perhibetur
quia et si actionis sue merito inter homines
cecidit naturam tamen sue magnitudinis nō ami
sit. cuius adhuc viribus humana omnia superat
licet sanctis hominibus meritorū suorū deie
ctiōe subiacet. Unde et eisdem sanctis cōtra
hunc decertantibus et retributionis sue me
ritum crescit quo ille ab eis vincitur qui per
nature potentiam quasi iure se hominibus sup
esse gloriatur hec grego. Sic ergo licet loquen
do de fortitudine naturali non sit potestas
sub deo super terram que compertur dyabo
lo. si tamen loquamur de potestate que datur
a gratia. iusti homines potentiores sunt de
mone. Et sic intelligitur dictū augustini q ni
hil est fortius animo habente charitatem. et
illud canticorū. viij. fortis est ut mors dile
ctio. Notandum est scd̄m magistrum in secūdo
distinctiōe. vij. q demones multa possunt
per nature subtilitatem que tamē nō possunt
per dei vel bonorū angelorū prohibitionem.
quedam etiam non possunt facere licet a su
perioribus āgelis permittātur quia a deo id fa
cere nō permittuntur permissa tamen fuit eis potestas
detrudēdi sanctos patres in limbo ante ad
uentum christi quia licet deleretur in eis culpa
originalis peccati et actualis quantum ad ma
culam et quantum ad diuinā offensam et quantū
ad maculam et quantum ad reatum gehenne.
non tamen quantum ad reatum visionis diuine
ut notat alex. in tertio sententiarum. Et si q̄
ras utrum demones aliquid timeant videtur
q non: quia de dyabolo dicitur iob. xli. q fa
ctus est. ut nullū timeat glosa nec deum nec
quoque passurus est. Respōdetur q glosa illa in
telligitur de timore filiali vel initiali que non
est in demonibus, nō de timore naturali quo
naturaliter timent tormēta quia isto modo
dicitur iacobi scd̄o. demones credunt et con
tremiscunt. et mathei. viij. et luce. viij. time
bāt puniri ab eo. licet ergo magna sit demo
num potestas non tamen sic quin sit alia su
perior quem timent. Unde augustinus sup
ps. dyabolus [illegible]
quia potestas sua est sub potestate. Nam si
tantum posset nocere dyabolus quantum vult
aliquis iustorum non remaneret. Querunt
iudei exodi. viij. quare magi pharaonis nō
potuerunt facere cyniphes et respondēt q cau
sa est: quia demones non habent potestatē
super aliquod corpus minus grano ordei quod
apparet irrationabiliter dictum quia qui hz
potestatem supra maius habet potestatem
supra minus licet non econuerso. Sed causa
potissima quare non potuerunt facere illud
signum est quia nihil possunt nisi quantum
voluntas diuina permittit et eius bonitas
infinita. ¶ Ad istud etiam propositum lo
quens ambrosius super lucam dicit. sine per
missione dei dyabolum non posse nocere ea
moscas, nec potentiam dyaboli magis ti
mendam quam dei offensam. Et crisostomus sup
matheum dicit. In primis grauis et insusti
nibilis est impetus dyaboli quem si quis
forti animo sustinuerit in secundo inueniet
eum infortiorem. quanto enim plus percus
sus fuerit magis refrigescit et deficit et sicut
se ingerūt demones peccatoribus ut faciāt
eos ruere in peccatum sic refugiunt quando
vident peccatorem a deo exauditum et libe
ratū. et dicit magister in secundo distinctiōe
vi. q dyabolus qui de aliquo vicio aliquē
temptauit hominem cum superatus ab eo
fuerit deinceps illum hominē de illo vicio
de quo superatus est temptare non licebit.
Sic ergo patet quantitas et defectus poten
tie demonū. Dicet forte desiderās scire q gēs
ē in mūdo supra quā dyabolus maiorē po
testatem habet. Respondetur q hec est gēs
iudeorum. Unde sciendum sicut notat Ny
colaus de lyra supra matheum q potestas
dyaboli fuit eiecta quodāmodo a populo
iudaico per legislationem que excludebat
cultum demonum et inducebat ad colendū
vnum deum verum et sic eiectus transijt ad
possidendum gentiles sine lege et prophetam

oraculo viuentes Et ideo eos tenebat i ido
latria subiectos. sed aduenientc christi predi
catione et apostolorum iudei pro maiori pte
fuerunt increduli gentiles autem deuote fidē
christi ad predicatōnes xpi et apostolorum
acceperūt et sic dyabolus eiect⁹ ab eis per fi
dem christi reuersus est ad possidendū popu
lum iudaicum errore excecatum. et sic facta sūt
nouissima huius populi peiora prioribus
Math. xij. q2 status populi iudaici peior est
mō q̄ fuit a principio ante legem datā et sic
maiorem ptātem super eum demones hñt q̄
super alterum quia regressus dyabolus ad
populum iudaicum assumit septem spirit⁹
nequiciores se et ingressi habitāt ibi. Mar.
xij. per quos septem spūs vniuersitas vicio
rum intelligitur. Sz remanent due difficul-
tates. Prima est si demones possunt facere
miracula. Respondetur q solus deus pōt
facere miracula. Unde cum aliq̄ virt⁹ finita
proprium effectum opatur ad quē determi-
natur non est miraculum licet posset esse mi
rum alicui qui illā virtutem non cōprehēdit
sicut mirū videtur ignaris q magnes trahit
ferrum vel q aliqui opuus piscis sit retinēs
nauem. Cum ergo dyabolus sit creatura et
notum est q omnis creature potentia est li-
mitata ad aliquem determinatū effectū vel
ad aliquos. quicquid ergo virtute dyaboli
vel cuiuscūq creature fit nō potest dici mira
culum proprie Et si sit mirum creature virtu
tem illius non cōprehendenti. Quod autem
fit virtute diuina cum sit infinita vere mira-
culum est cum de se incomprehensibilis est.
Unde et aug. scdo de ciui. dei capitulo. xviij
loquens de grauitate p̄secutionis antixpi.
scz per que illam opabitur dicit. tunc soluet
sathanas quia per illum antichristus i om
ni sua virtute mirabiliter quidem sed men
daciter operabitur. Sequitur enim. de⁹ dya
bolum ista permittet facere iusto suo iudicio
quamuis faciat ille iniquo malignoque cōsilio
demones ergo non faciunt miracula sz que
dam mira. Et si dicantur miracula sūt falsa
quoniam mortales sensus p fantasmata de
cipit vt quod nō facit facere videatur et tali-
bus signis et falsis miraculis seducent qui
seduci merebuntur pro eo q dilectōem verita
tis non receperunt vt salui fierēt. Et ideo di
cit apostolus. ij. thesso. ij. mittet eis deus op
acionem erroris vt credant mendacio. De-
mones tamē proprie virtuti dimissi possūt
facere ea que causari possunt ex motu locali
et cōsequenter possent ignem de celo aereo
inferius emittere et ventū turbinis cōmoue
re sicut patet Job primo. Et isto modo an-
tichristus faciet ignem de celo descendere p
mittēte deo demonis potestate vt pz Apo.
xiij. Sciendū etiam q scdm q dicit hiero-
nymus q lz virtute magica possint aliqua
miracula fieri vt illa que ptinent ad curiosi
tatem tm̄ et vanitatem sicut simō magn⁹ fa
ciebat statuas ambulare loqui et ridere et si
milia vt habetur in itinerario demētis. Sz
illa que sunt salubria vt curatio languidorum
illuīatio cecorum et hmōi nō possunt magicis
artibus siue a demonibus fieri. Et ideo ta-
lia cum fiunt debēt attribui virtuti diuine
qualia xps faciebat. Et si dicas q in vita
sancti bartholomei legimus q quidam de-
mon curabat infirmitates. Respōdetur q
hoc faciebat non sanando s a lesione quam
faciebat cessando. Secunda difficultas ē si
demones sūt dīmtes ptāte. volo dicere si int
demones sunt principatus quib⁹ alij alijs
potentiores dicantur Respondetur q sic qr
de dyabolo dicitur iob. xli. q ipse est rex su
per filios superbie. et magister sententiarum
scdo distinctiōe. vi. capitulo. iiij. Dicit q du
rante mundo angeli angelis hoies hoibus
demones demonibus psunt. et scdm grad⁹
sciencie habent gradus psidentie. Item sup
illo mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eter
num qui patus est dyabolo et angelis eius.
dicit eius ratione subiectionis scdm glo. Sz
obijceret aliquis. si principatus et prelatio
est inter demones aut erit in eis per naturam
aut per violentiam aut de iure. Non per na-
turam quia tunc in iudicij die inter eos pre-
latio nō cessaret quod est ōtra sacrā scripturā
quia tunc euacuabit xps oēm principatum
et potestatem. Nec per violētiā quia tūc sem
per essent discordes cum tamen semp cōcor-
dent contra hominem impugnandum. Nec
etiam de iure quia semper precaperent cōtra
deum in quo nō est obediendū. Itē seruit⁹
est introducta ppter pctm̄ vt dicūt theologi
ergo si ē seruit⁹ inter demones tūc lucifer cū
sit summ⁹ peccator deberet oib⁹ subijci. cui⁹
ōtrariū dicat iob scz q ipe est rex sup filios su
perbie. Rñdet q sicut multi latrones prin-
cipi latronū volūtarie se submittūt vt i vnū

conueniant scz in rapina sic omēs demones
lucifero se voluntarie subijciūt vt in vnū cō
ueniant contra hominē impugnando. Vn̄
et eadem prelatio est inter demones assum
pta voluntarie sicut inter angelos de iure di
uino ratione preeminentie naturalis vt diui
ne institutionis. et sicut cuilibet regno et pro
uincie pfigitur vnus angel' bon' tanq̄ pri
ceps vt colligitur ex illo danielis. x. priceps
regni persaꝝ restitit mihi. xxi. diebus et nūc
reuertar vt prelier aduersus persarum princi
pem. et paulo post. Cū enī egrederetur ap
peruit princeps grecorū etc. Sic etiam cuili
bet regno et prouincie pfigitur a demonibus
vn' demon tanq̄ princeps. Ex quo etiā se
quitur q̄ sicut cuilibet ciuitati et cuilibet ca
stro pfigitur a deo vn' āgel' bon' de negocijs
cōibus curam habens q̄tum sibi possibile
est sic etiam cuilibet ciuitati et castro prefigit
a demonibus vnus demon ad negocia cō-
munia perturbanda q̄tum sibi possibile est.
Sequitur etiam tercio q̄ sicut cuilibet archi
episcopo et epō et sacerdoti parrochiali pre
figitur a deo vn' angel' bon' curaz hn̄s de
negocijs ad salutem aiaꝝ pertinentib' Sic
cuilibet pdicatoꝝ prefigitur a demonib' vn'
demō curā hn̄s de perturbatione salutis aia
rum et quāto sentior est psona tāto potētior
est diabolus ei assignatus. Et nisi deus glo
riosus cuilibet officio pfigeret aliquem an
gelum omnia communia officia demones
impedirēt. Infert etiā ex pdictis q̄ nō solū
vn' demō est princeps alioꝝ demonū s etiā
maloꝝ hominū. Vn̄ in euāgelio dyabolus
semper vocatur princeps huius mūdi quia
dn̄atur hoib' mūdialibus et viciosis' in q̄tū
se ei subijciūt per peccatum.

De bello demonū post casum de celo.

SExta consideratio est de bello de-
monū postq̄ ceciderūt de celo vsq
ad aduentū xpi. Videns enī dya-
bolus se expulsum a celo in magna tamen
potestate relictū cogitauit quō possit displi-
cere deo et in oibus sibi ꝯtrariari. et quia vi
dit primū hominē in terrestri padiso collo-
catū innocētia decoratū ac oiz bestiaꝝ piscū
et volatiliū dn̄m necnō possessurū in celo se
des quas ipse cū sibi adherentib' per super
biā amiserat. doluit vehemēter et inuidens
ei' felicitati pposuit ipz debellare et totalit
inficere cognoscens q̄ ex putrida radice nō
possūt nisi poma vermiculosa generari. Bel
lauit ergo cum hoie primo per mediū mulie
ris et miser homo licet esset fortior demone
per innocentiā pieccis tn̄ armis innocentie
sue vt mulieri ꝯplaceret relicto deo et tradita
padisi castro sibi ꝯmisso inimico dei scilicet
dyabolo negata obedientia regi superno scz
deo libere se tradidit pditor fact' in mani-
bus diaboli. et sic habita victoria de homie
primo indignatus deus pp̄ter prodicionez
et quia sic armis innocentie proiectis capti-
uum dyaboli se fecerat cum posteritate sua
eiecit ipm de terrestri padiso geñ. iij. et misit
ipm in exilium locū bestiaꝝ et lachrymaruz
vallez. Expulso ergo homine primo de pa
radiso gaudens non modicū dyabolus co
gitauit quō ampli' possit displicere deo et
videns duos filios adā scz abel et cayn quo
rum prim' erat a deo dilectus. bellauit ꝯtra
eos per artem diuisionis et inuidie. et deui-
cit Cayn qui fratrē suū abel occidit geñ. iiij.
Bellauit etiā contra filios. Sed per carnis
concupiscentiā et deuicit eos cū scz accepe-
runt filios hominū scz descendētiū de cayn
ex quibus procreati sunt gigantes a seculo
viri famosi geñ. vi. et cū viderat multiplica-
tum gen' humanū. Bellauit ꝯtra eū per lu-
xuriam et tāquā luci pugnauit q̄ deuicit eū
sic q̄ in toto genere humano solum octo per
sone mūdi ab illo vicio reperte sunt imunes
De alijs aūt scriptū est q̄ ois quippe caro
corrupat viā suā. pp̄ter quod indignatus ē
de' mūdū castigauit diluuio generali intm̄
q̄ solū dicte octo psone in archa noe libera
te sunt vt patet geñ. vij. et. viij. Per quas ite
rū ppagatum est gen' humanū Bellauit ꝯ
filios noe et deuicit cham cū ꝯtra paternum
honorē verenda patris discooperuit geñ. ix
pp̄ter qd̄ meruit maledicta. Bellauit contra
caldeos per ydolatriā et deuicit eos cū ignē
adorauerūt geñ. xi. Bellauit cōtra gen' fili
orum noe et deuicit eos per superbiā volen
tes turrim edificare que vsq ad celū pertin-
geret pp̄ter qd̄ indignat' de' vnū labiū qd̄
ante erat: diuisit et ꝯfudit vt pz geñ. xi. Bel-
lauit ꝯtra zodomas et gomorreanos et de-
uicit eos per pctm̄ ꝯtra naturā propter quod

sanctus quadam nocte hospitatus fuisset in vna domo et post cenam mensa iterum pararetur admiratus quesiuit ab hospitib⁹ cui denuo mensa pararetur qui cum dicerent ꝙ bonis illis viris et mulieribus que nocte incedunt prepararet. nocte illa statuit sanct⁹ germanus vigilare. et ecce vidit multitudinem demonum ad mensam in formis virorum et mulierum venientem qui eis precipiens ne abirent cunctos de familia excitauit et quesiuit si personas illas cognoscerent. qui cum omnes vicinos et vicinas diceret esse misit ad domos singulorum et ecce in suis lectulis sunt inuenti. adiurati ergo per sanctū germanum demones se esse demones dixerunt qui sic homines illudebant.

Quomō in somnis terrent homines:

Sexta differētia dmonū est eorū qui in sōnis hominibus apparent eos inquietantes diuersis modis somniorum terrent etiam dormientes intantum vt euigilans homo sentiat se totum horribilitatum et alteratum ex presentia spiritus maligni. Unde iob. iiij. In horrore visionis nocturne quomō solet sopor occupare homīes pauor tenuit me et tremor et omnia ossa mea perterrita sunt. et cū spiritus me presente trāsirent inhorruerunt pili carnis mee. nec mirū quia magnum pauorem et tremorem sequitur pilorum erectio et si hoc sequatur ad presentiam spiritus boni cuiusmodi erat iste qui iob apparuit et terruit multo fortius spiritus malus terrorem et pauorem inducet. Quomō enim sit spiritus malus signum ē ꝙ cum homines sic euigilant et nomē ihes⁹ cum deuotione semel nominat facto signaculo crucis securatur statim animus a tali alteratione demone fugato. tales enim demones volunt deridere homīes et appetūt imitari qui apparuerunt in somnis prophetis. et ioseph spōso virginis ac alijs plurib⁹ sctīs

Demonum eorum qui generantur ex cōiunctione viri et mulieris.

Septima differentia demonum est secundum aliquos insipientes qui dicere voluerūt ꝙ sunt aliqui demones siue spiritus qui fiunt odore aeris cum homo accedit ad mulierem et ꝙ aliqui etiā fiunt ex radijs planetarum cum mutuo recutiuntur. Et dicunt ꝙ illi qui meliores sūt veniunt in somnijs hominibus et faciūt ꝙ somnient. ꝙ dormiunt cum mulieribus et recipiunt illud semen ex quo nouiter efficitur vnus spiritus. que omnia sunt falsa et erronea. cum a principio facti sint omnes angeli siue boni siue mali nec facta fuit creatio alicuius maligni spiritus post ꝙ ceciderunt a celo sicut nec postea creatus est aliquis bonus angelus:

Quō apparent in spē masculi vel femine

Octaua differentia demonū est eorū qui in specie virorum et feminarum apparent qui secundum veritatem nec sunt masculi nec femine. Uerūtamē aliquibus eorum placet plus societas virorum et alijs mulierum. Et causa huius diuersitatis et secundū dispositōes diuersas quas inueniunt in viris vel feminis ad suas deceptiones credendum sicut legimus de eua et phitonissa et pluribus alijs mulieribus cum quibus dyabolus lucratus est multum. Et ideo tales demones adheserunt mulieribus. et nō adheserūt helye. nec samueli. nec nathan. nec heliseo nec alijs plurib⁹ sanctis propter quos ipsi perdiderunt multitudinem animarum. nec tales demones adheserunt virgini marie nec susanne. nec sancte lucie. margarethe. katherine. nec alijs plurib⁹ virginib⁹ et feminis sanctis. propter quas multum demones perdiderunt. Unde isto mō plus dyabolus quiescebat cum egea ꝙ cū vxore sua maximilla et plus cum daciano ꝙ cum vxore sua alexandra et plus cū maxentio ꝙ cū vxore sua et sic de pluribus alijs

Quō dicuntur mundi et immūdi.

Nona differentia demonum est eorū qui mundi et immundi dicuntur. Unde et luce. xi. saluator dixit. Cū immūdus spūs exierit ab homine etc̄. Dicitur autem spūs immūd⁹ propter tria. Primo propter immundiciam proprie iniquitatis. ezechielis. xxviij. repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti. s. peccato superbie et eiecte de mōte sancto dei. i. de celo empireo tā ꝙ

leprosum. Secundo propter immundiciam
suggestionis quia feda et immunda sugge
rit. est.n. dyabolus ad modū leprosi. qui sta
tim inficit cor humanum cum se ei applicat
per consensuz. Ideo orat ecclesia in collecta
Da q̄sum⁹ dn̄e populo tuo dyabolica vita
re contagia. Tercio dicitur immūdus pp̄ter
immundiciam habitatōnis quia non habi
tat nisi in imundo loco.i.in existente in pec/
cato mortali. Ad similitudinem vpupe q̄
nidificat in stercore. Unde demones dicunt
dn̄o Math.viij.si eijcis nos hinc mitte nos
in gregem porcorum. Aduertendum tamē
q̄ proprie dyabolus habitat in ypocritis:
Luce.xi.et ingressi habitāt ibi. sedet in aua
ris diuitibus. ps sedet in insidijs cum diui
tibus. dormit in voluptuosis. Job.xl. sub
vmbra dormit. regnat autē in superbis iob
xli. ipse rex super filios superbie. Aliqui eo
rum dicuntur mundi q̄ sic intelligendum ē
q̄ illi demones qui fuerunt de altiori ordīe
volunt plus decipere limpidiores et purio
res creaturas sicut patet de lucifero qui tem
ptauit primum hominem et xp̄m in deserto
et sic de pluribus alijs sanctis. Unde alexā
der papa.iij.q.i.ca. nulli dicit diabolus nō
cessat circuire querens quem deuoret et que
rere quos ex fidelibus perdat. et maxime il/
los quos ardentiores in seruicio saluatoris
eius familiariores inuenerit et intantum de
siderat impugnare seruos dei mūdos et sā
ctos q̄ non solum vnus mittitur ꝯtra vnuz
sed sepe plurimi. Unde in cronicis minorū
legitur q̄ cum semel demones tempore bti
francisci congregarentur cū principe suo vt
deliberarent. quomō possent ordinē sancti
francisci nouiter incipientem destruere septē
milia demonum fuerunt electi ꝯtra quinq̄
fratres quos beatus franciscus ad vnuz he
remitoriū destinauerat vt illos a mundicia
vite contemptu mundi et vera humilitate a
uerterent quia ergo tales demones plus se
quuntur homines mūdos et sanctos. Ideo
de noiatione extrinseca demones mūdi ap/
pellare possunt licet in se immūdissimi sunt
peccatis vt dictum est. Demones vero infe/
rioris ordinis licet non possunt decipere p/
sonas altioris vite. placet tamen eis cū rim
mundi efficiantur et turpes in peccatis pre/
sertim delectantur demones cum auertant
aliquē a vera fide ihesu xp̄i dn̄i nostri q̄z de
alijs virtutibus parū curāt sine fide. Ideo
dicitur prima petri.v. cui resistite fortes in fi
de. Sobrij ergo estote et vigilate.

¶ Quomō illudūt feminas que bruxe vel
surguie nuncupantur.

Decima differentia demonū est eoꝝ
qui decipiunt mulieres aliquas ve
tulas maledictas que surgumine
siue bruxe nuncupantur. Sciendum ergo ē
q̄ sunt quedā male gentes viri et mulieres
apostate in fide et heretice creature et false
qui seipsos dant voluntarie dyabolo et dy
abolus recipit eos et dat eis q̄ per suas ar/
tes falsas eis appareat q̄ ambulant ducen/
tes leucas et q̄ rediunt in spacium.iiij. vel
quinq̄ horarum. et q̄ destruunt creaturas
sugentes sanguinem eorū et q̄ faciunt alia
maleficia que volunt secundum diaboli vo
luntatē q̄ est eis et illis qui eis credūt ma/
gna deceptio et illusio dyaboli. Ueritas aūt
huius facti est q̄ quando iste male persone
volunt vti his pessimis fictionibus ꝯsecrāt
se cum verbis et vnctōnibus diabolo et sta
tim dyabolus recipit eos in opere suo et ac/
cipit figuram eaꝝ et fantasiā cuiuslibet eaꝝ
ducitq̄ illas per illa loca per que desidera/
bant corpora vero earum remanent sine ali
qua sensibilitate et cooperit illa dyabol⁹ vm
bra sua ita q̄ nullus illa videre possit. et cū
dyabolus videt in fantasijs eaꝝ. q̄ impleue
rant que volebant non amouendo ad earū
fantasijs diabolicas fantasias que viderūt
reducit illas imaginationes coniūgens cū
suis ꝓprijs motibus et corporibus et tollit
vmbram suam desuper corporibus earum
et statim videre possunt existentia tamen il/
lorum nunq̄ ab illo loco absens fuit. sed so
lum actio cum ydolo et fantasia fuerunt il/
lis rebus que dyabolus eis presentauit et
que fecit pro quolibet eoꝝ. et q̄ hoc facit dy
abolus nō est mirū q̄z illa operat᷑ vt deinde
cū miseras aias volēs imitari ea que deus
verissime per angelos bonos fecit. sicut q̄n
ꝯduxit abacuc ꝓphetā per capillū de iudea
in babylonē realiter cū sua presentiali existē
tia et actōne. Sz q̄ dyabolus habeat ptātē
mutandi existentiā alicui⁹ creature nec face
re q̄ transeat vnū corpus p aliud sine dā/
no vnius vel amboꝝ vel q̄ trāseat maius

corpus per spacium improportionatum loco vt videlicet ꝙ ingrediatur tales persone per parua foramina domorum vel ꝙ sit simul vnū corpus in diuersis locis vel diuersa in vno et similia hec demones facere non possunt cū hec repugnent naturali philosophie et solum per miracula aliqua talia a deo sūt possibilia fieri vt dictum fuit supra consideratione quinta huius libri cum potestate demonum agretur. Illud tamen quod dyabolus potest facere ꝙ vnū pro altero videatur et ꝙ illud qd̄ natura potest facere in vno mense ipse potest facere in puncto et causa ē qui sit applicare actiua passiuis sicut p3 in his que fecerunt magi pharaonis. ꝙ tamen dyabolus faciat ꝙ vnus homo cōuertat in serpentem vel auem vel plantā hoc est sibi impossibile. et ideo in hoc multi pueri xpiani alchimiste sunt decepti habentes pacta cum demonibus cogitantes ꝙ per eorū artem ferrum conuertent in aurum. ꝙ autem vna res sit et videatur altera hoc bene potest dyabolus facere deo permittente. Sic enim sepe facit dyabolus vt plurimos decipiat. Sic enim legitur in hystoria sancti clemētis et sancti cypriani et sancti germani et aliorū multorū quia accipiebat figuras aliquorum virorum et mulierum ad decipiendum populum et ad diffamandum creaturas dei. Et ideo non est credendum ꝙ homines vel mulieres conuertantur in anseres vel alijs similibus. Ea ergo que scelerate mulieres credunt et profitentur sc3 cum diana dea paganorum nocturnis horis et cum herodiade et nimia mulierum multitudine equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia in tempestate noctis silentio pertransire eiusq3 iussionib⁹ obedire velut domino et certis noctibus ad eius seruitium euocari et ꝙ ab illis possunt alique creature in melius vel in deterius commutari. Aut in speciem vel similitudinem aliam transformari omnia sunt falsa et erronea et nō a diuino spū sed a maligno vt dictū est talia fātasmata mentibus earum irrogantur. qr cū alicuius aiam per talem credulitatem subiugauerit sibi transfigurās se in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atq3 similitudines mentem quam captiuam tenet multipliciter deludit et nullus debet venire in tantam stulticiam vt credat hec omnia que in somnijs et spū tantū fiūt etiam in corpore accidere cum etiam Paul⁹ non audeat asserere ꝙ fuerat raptus in corpore. Quecūq3 ergo talia crediderit sc3 postꝙ super talibus audierit veritatem vel asseruerit sc3 pertinaciter procul dubio infidelis est et pagano deterior. xxvi. q. v. epi et quia nimium habundant tales peruerse mulieres in delphinatu et in gasconia vbi se asserūt concurrere de nocte in quadam planicie deserta vbi est aper quidam in rupe qui vulgariter dicitur el boch de biterne et ꝙ ibi conueniunt cum candelis accensis et adorant illū aprum osculantes eum in ano suo Ideo capte plures earum ab inquisitoribus fidei et conuicte ignibus comburuntur. Signa aūt combustarum sunt depicta qualiter sc3 adorant cum candelis predictum aprum in domo inquisitoris tholosam in magna multitudine camisearum sicut ego proprijs oculis aspexi.

¶ De spiritibus familiaribus.

Circa secundum principale hui⁹ decime considerationis sc3 vtrum possint haberi spūs familiares Rn̄det ad hoc beatus augustinus. viij. de ciui. dei ca. xiiij. ꝙ apoleij⁹ platonicus scripsit ꝙ socrates habuit deum vnum ex illo genere nūminū qui dicuntur demones cuius quo habebat amiciciā et consiliū a quo prohiberi inquit aug. solitus amoueri vt desisteret ab agēdo quū illud quod agere volebat nō prospere fuit euenturum. Ex quo satis clare videtur accipi argumentū ꝙ ille philosophus habuit familiarem spm̄. sed est difficultas si ille spūs erat bonus vel malus. videretur alicui ꝙ esset angelus bonus quia ceteri futura prenunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratum consideratōne scd̄a huius quinti libri nec obstat qr dicit aug. ꝙ dicebatur demō quia apud grecos idem significat ꝙ plura cognoscens. dixit tamen doctor illuminatus franciscus de maronis in florib⁹ suis sup isto passu ꝙ magis credit ꝙ fuit mal⁹ angel⁹ qr socrates pagan⁹ et infidelis erat. Sic ergo p3 ꝙ demones tanꝙ familiares spūs pñt haberi in dānatiōem tn̄ illorum q̄ suā familiaritatē hr̄e concedūt. Cauedū est etiā ab incauta inuocatiōe

demonū. Vñ greg⁹. in libro dyalogoꝝ narrat ꝙ stephan⁹ p̄sbyter de itinere rediēs mācipio suo negligēter p̄cepit dicēs veni dyabole discalcia me. ad hāc vocē cœperūt caligaꝝ corrigie cū summa velocitate solui q̄d vt presbit̄ sēsit expauit. et magnis clamoribus dicit recede miser nō em̄ tibi sed mācipio suo loqu̅r⁹. sicq; ex magna pte solute fuaꝝ caligarum corrigie remāserunt. et sic patet ꝙ licꝫ aliqui nolūt habere demones familiares ex mala tn̄ cōsuetudine loquēdi de diabolo ipsi efficiūtur familiares ei vt subito faciant q̄n caute mandant

¶ De qualitate corpm in quibus demones apparent.

Undecima ꝯsideratio est qualia sint corpa inquib⁹ demones apparēt et si possūt humana corpa vl' aīas subintrare. Iuxta ergo tria que querūtur tribus pūctis presens cōsideratio explicabit̄. Primus erit de qualitate et figuris corporū in quib⁹ demones apparēt. Secūdus erit de subintratōne demonū in corporib⁹ obsessorum. ~~Terti⁹ erit si possūt demones essentie animine illabi quod est animaꝫ subintrare.~~

¶ De qualitate et figuris corporum in quibus demones apparent.

Primus pūctus est de qualitate et figuris corpoꝝ in q̄b⁹ demones apparēt. Circa q̄d notat seraphic⁹ doctor Bonauētura dicēs in suo secūdo loquēs de angelis bonis et malis ꝙ in āgelis duplex est vis scꝫ cōtemplatiua qua conuertūtur ad deū et fruunt̄ eo et administratiua secundum quā descēdunt ad nos et cōdescendunt nobis. et vt ꝯgruētius nobis cōdescendant indigēt solatio corporis assūpti quod assumunt āgeli sicut organū vel instrumentum ad operandū et sicut signum ad scapōs manifestādum et sicut operimentū vel habitaculum ad conuersandū vel ad nos letificādum et confortandū et si corp⁹ assūptum cōiūgitur āgelis sicut instrumētū motori. Hoc enim magis requirit exigētia ex pte nostra ꝙ ex parte sua. Et est sciēduꝫ ꝙ corp⁹ effigiatum humana effigie. magis competit opatione spirit⁹ rationalis. Ideo āgelus bon⁹ assumit corp⁹ non qualecūq; sed humana effigie insignitū. Et istud corp⁹ sic assumptuꝫ dicitur esse corp⁹ elementare. Nō q2 sit ex quatuor elemētis plena mixtione cōmixtuꝫ sicut ē corpus cōplexionatuꝫ nec q2 sit ex puro et simplici elemēto formatuꝫ. sed q2 principaliter format̄ ex aere cū mixtione aliqua alteri⁹ elemēti sicut videm⁹ in nube que nō est corp⁹ plene mixtū habet tamē in se naturas pluriuꝫ elemētorum p hunc autē modū est corp⁹ ab āgelo sumptuꝫ. q2 principaliter ab aere eē formatuꝫ intelligit̄ cōcurrente ad hoc natura alicui⁹ vaporis aquei vel terree. que quidē facit tā ad veritatē cōdepressationis ꝙ ad multiformitatē coloris. hanc autem nō oportet āgeluꝫ de longinquo cogitare cū aer pro magna sui pte sit cōmixtus vaporibus. Scd̄m veritateꝫ autē tenendum est ꝙ angeli tā boni ꝙ mali assumūt corpora non de natura celesti sed elemētari non simpliciter nec plene mixta sed medio modo vt pote ex aere vaporabili āgelus tameꝫ mal⁹ accipit ex pte inferiori bon⁹ vero ex supiori De figuris vero corpoꝝ in quib⁹ demones apparēt vt plurimuꝫ sunt turpissime. Et ideo si scd̄m eius difformitatē in peccando pmitteret de⁹ ꝙ correspōderet figura copis assūpti non esset aliquis homo viuēs qui eius visionem horribileꝫ posset tolerare. Vñ et virgo gloriosa pro singulari dono petijt a filio ꝙ in morte sua nō appareret ei dyabol⁹ credendū est ꝙ xp̄s eius dulcissim⁹ filius reuelauit sibi turpitudinē ei⁹ et hinc est ꝙ pictores oēs deformitates serpētinas et brutales quas vidēt et q̄s excogitare possunt depingunt in figuris demonuꝫ. Unde legitur de quodā pictore ꝙ quotiensciunq; depingebat imagineꝫ virginis cū omni studio ipaꝫ pulcherrime effigiebat sed cuꝫ pingebat diabolum cum omni diligentia difformi⁹ quo poterat describebat. ppter quod indignatus dyabolus cōtra eū procurauit quomodo pictor ille haberet verbū cuꝫ vxore cuiusdā militis illi⁹ ciuitatis vbi erat. finalit̄ tantaꝫ ardorē posuit inter eos ꝙ cōcordauerūt se mutuo et nocte quadā acceptis plimis iocalib⁹ auri et argēti recesserunt. dyabol⁹ aūt cuꝫ vidit ꝙ erant extra ciuitatē ascendit cāpanile ecclesie et pulsauit campanam sicut cōsueuit pulsare pro igne vel pro accipiendum armis exuntes autem homines per totē ciuitatem

querebāt quid hoc esset. Respōdit dyabolꝰ qui pulsabat ꝙ pictor ille portabat extra ciuitatem vxorē talis militis exeūtes ergo ꝓpter illā vocē ceperūt pictorē illū cū militis vxore et posuerunt eos in carcere maritꝰ vero qui pn̄s erat in captiōe eius sperās ꝙ altera die ābo per iusticiā ꝑimerent̄ dolēs de pulchritudine capilloꝝ vxoris ꝑscidit capillos eiꝰ quos secum duxit ad domū suā Cū ǧ valdē āgustiati et timore ꝯcussi ābo nocte illa manerēt in carcere recordatꝰ est pictor de virgine beata quā ipse sūme pulcherrimam depingebat et cū magna deuotiōe recōmisit se sibi quatenꝰ dignaret̄ eos liberare a ꝑiculo illo Et ecce regina angeloꝝ dei mater pulcherrima apparuit eis in carcere soluitq̄ eos a vinculis et aperuit portas carceris ꝑcepit ꝙ pictori ꝙ iret in domū ac si nihil sibi accidisset ꝑcepit etiā mulieri illi ꝙ iret in domū suā et secrete iuxta maritū suū q̄ in lecto erat accūberet et disparuit virgo beata Illi vero impleuerūt oīa sicut eis ꝑceperat. Cūq̄ euigilaret miles inuenit apud se vxorē suam et miratꝰ q̄siuit q̄s esset que rn̄dit quasi admirans et quis debeo esse nisi vxor vr̄a. Et ille nunq̄d ego te cepi cū pictore et dimisi in carcere heri et deduxi capillos tuos quos manu ꝓpria a capite tuo ꝑscidi. Rn̄dit illa somniasti illud dn̄e. Ille ergo surgēs a lecto q̄siuit capillos et nō īuenit oñdēs et illa caput suū nihil deficiebat de capillis eius. Venit ergo vir eiꝰ ad alios ciues q̄ secū fuerant in captione et quesiuit ab eis si recordabantur de tali facto qd̓ acciderat die ꝑterita. Dixerūt ꝙ sic Narrauit quō vxor sua erat ī domo cū oībꝰ suis capillis et dicebat ꝙ erat somniū. venerūt etiā ī domo pictoris et īuenerūt eū ac si nihil male fecisset occupatū in picturis suis et finaliter meritis virginis gloriose oēs in vnū ꝯcordauerūt ꝙ illd̓ fuerat sōniū. Ecce ergo quāta demonis malicia propter picturā sue difformitatis. Et notādum ꝙ lȝ dyabolꝰ vt coīter sicut depingit̄ in talibꝰ deformibꝰ figuris se pn̄tȝ sicut cū decepit euā sub figura ſpentis sepe tn̄ decognitiere vt leuiꝰ decipiat trāsfigurat se in angelū lucis scd̓m apostolū sicut etiā legit̄ appuisse ī figura crucifixi. Sȝ diceres in quo tunc pōt cognosci ꝙ sit angelꝰ malꝰ Rn̄det̄ ꝙ in .iiij. Primū est qꝛ lȝ in talibꝰ figuris se repꝑsentet semper tn̄ si diligēter inspiciat̄ ducit aliquā difformitatē vt caudā vel quid simile Secūdum ē ꝙ si apparens in principio letificat et post recessū tristē hominē dimittit nō sic angelꝰ bonus qꝛ in principio turbat sicut patȝ de gabriele cū appuit danieli Daniel. viij. et cū appuit virgini Lu. i. qꝛ turbata ē in sermone eiꝰ. Sȝ post recessū dimittit hoīēȝ cum magno gaudio et leticia. Terciū est ꝙ indurat hoīēȝ in malo ꝙ suggerit sicut declarauit beatꝰ pr̄ nr̄ frācīscꝰ fratri rufino in hoc ꝑiculo laboranti vt pȝ in cronicis minorum. Angelꝰ aūt bonꝰ nō indurat in malum sed auertit a malo et mollificat ac īclinat ad bonum. Quartū est ꝙ si aliquid et turpe rn̄deatur ꝓ illū cui apparet in eiꝰ contēptū et derisionē statim euanescit sicut pȝ in dicta cronica minoꝝ. qꝛ cū beatꝰ franciscꝰ vellet liberare ꝑdictū fratrē rufinuȝ inter cetera dixit sibi vt intelligas ꝙ ille q̄ tibi appuit in figura crucifixi nō est xp̄s ſ diabolꝰ dices ei cū tibi appuerit et dixerit ego sū xp̄s apri os tuum et ponā tibi feces. qd̓ cū faceret frater rufinꝰ indignatus diabolꝰ cum magno tumultu recessit cōfringens lapides et rupes. Vn̄ et vsq̄ in hodiernū diē apparet horribilis illa fractura rupiū in mōte aluerne.

¶ De subintratione demonū in corporibꝰ obsessorum.

SEcundꝰ pūctus est de subintratiōe demonū in corporibus obsessoruȝ et de expulsione eoꝝ. Circa hoc notandū est ꝙ non est ponendū in dubium ꝙ sit obsessio corporū per demones cū euāgelia hoc manifeste exprimant in pluribꝰ locis Sed diceres quō demones pn̄t intrare corpora et ea obsidere. Rn̄det̄ ꝙ demones per naturā subtilitatis sue et spūalitatis possūt quecūq̄ corpa penetrare et in eis sine obstaculo et impedimēto subsistere. Itē per rationē sue potestatis pn̄t ea corpa in quibꝰ sūt cōmouere et cōturbare. et ideo demōes subtilitate et potestate nature pn̄t corpa humana penetrare et ita intrare. pn̄t etiā vexare nisi ꝓhibeant̄ a virtute superiori et cū ꝑmittūtur a deo introire et vexare dicunt̄ corpa obsidere. Et si q̄ras q̄re hoc ꝑmittit deꝰ. Rn̄detur ~~ꝙ ꝓpter tria vel ad sue glorie ostēsionēȝ vl' ad peccātis correctionē vl' ad nostrā instructionē. Sȝ ex quia~~ istaꝝ causaꝝ determinate

hoc de⁹ pmittat latet humanā industriā pro
pter hoc q2 occulta sūt dei iudicia. verba sūt
dn̄i Bonauēture in .ij. sniaꝝ distin. ix. Et si
velis scire sup quos h3 dyabol⁹ maiorē po
testatez ad obsidēdū eos post xp̄i passionē
Rn̄det q̄ sup excōicatos p̄scisos ab ecclia
h3 dyabol⁹ ptātez vexādi corporaliter. Vn̄
.i. Cor. v. Judico illū q̄ hmōi est tradere sa
thane in interitū carnis. In nō p̄scisis aūt
ptātez nō h3 dyabol⁹ nisi q̄nū3 a deo pmit
titur vt dictū est vel ad peccati punitionē vl
ad alioꝝ terrorē et correctionē vel ad glorie
dei ostensionē vel ad bonoꝝ coronā et exer
citationē. Et si dicas nūquid añ passionem
xp̄i hēbat ptātez etiā vexādi hoies. Rn̄det
q̄ habebat ptātez vexādi corporaliter oīs
p̄ter q̄ illos solos q̄ priuilegio solo tuebanr
a dn̄o. Job primo. Nōne tu vallasti eū. nō
tn̄ vtebat dyabolus semp ptāte puniēdi vt
haberet maiorē ptātez seducendi p culpā sic
et nūc excōicatis et infidelib⁹ sic eīn dyabo
lus obmittit aliqn̄ mala facere vt peius fiat
q2 nō vexando excōicatos vt in primitiua ec
clesia tales sentētias minus vitāt hoies et
minus timēt. Et hinc est q̄ sunt multi p̄scisi
excōicati qui nō essent si eos vexaret. Et no
tandū q̄ cū aliquez vexat dyablus pōt pro
voluntate sua per linguā hois diuersa for
mare verba. Et ideo arreptitij aliqn̄ loquū
tur idioma ignotū sicut pur⁹ loyeis latinū
q̄ est manifestū signū demoniaci. Vn̄ et de
mon quidā rusticū obsidēs requisit⁹ a quo
dā magistro cōiurāte quare nō recte loqbat
latinū. Rn̄dit nō possuz domare labia illi⁹
rustici. Et si queris causam quare demones
aliqn̄ scdm̄ varietatē lune magis affligūt
homines q̄ alio tempore. Respōdet q̄ est
duplex causa sicut notat Nicola⁹ de lyra su
per Matheū ca. xvij. declarans quare disci
puli nō potuerūt curare lunaticum. Prima
causa est vt p hoc creatura dei scilz ipsa luna
infamet vt Hieronym⁹ et Crisostom⁹ dicūt
Secūda ē q2 pp̄ter mollicē cerebri in noui
lunio qn̄ habūdant humida sup q̄ luna h3
dn̄iuz: cerebrū est aptius vt demō in ipo ali
quid opetur hinc demones scdm certa aug
menta lune pturbant hoīs fantasiā qn̄ consi
derant cerebrū ad hoc esse dispositū. Nunc
videndū est de eoꝝ expulsione. Circa qd no
tandum est q̄ demones nō nisi virtute diui
na possūt a corporib⁹ expelli immediate vl
mediantibus angelis qui frequēter in tali
bus sunt executores diuine volūtatis nec a
liqua res sensibilis aut virtus corporalis pt
in eis aliqd agere directe vel indirecte cū sint
oīno sp̄uales substātie per qd pnt ad aliqd
cōpelli. nec per cōsequens ab obsessis corpi
bus expelli. Veruntn̄ ex euāgelio xp̄i duas
doctrinas habemus ad demones expellen
dos. Prima ē vniuersalis. s. per nomen ihe
su. Mat. vlti. In noie meo demonia eijcīet
Alia est particularis quia est qdā gen⁹ de
monioꝝ q̄ nō eijcit nisi in orōe et ieiunio
vt p3 Math. xvij. Vnde sicut in diuersis re
bus corporalib⁹ administrandis diuersi an
geli a deo p̄parantur et diuersoꝝ ordinū. sic
etiam in diuersis temptationib⁹ demones
habent specialem affectū quia aliq potentis
sime temptāt de diuitijs cōgregandis aliq
de honoribus appetendis. Vnde et aliq di
cunt sp̄us supbie et aliq sp̄us luxurie. Iste
autē demon de quo loquit xp̄s habebat vir
tutem temptandi potissime de vicio carnis
quod viciū potissime refrenatur per oratōez
et ieiunium et per cōsequens demon in tali
bus temptans per talia superatur. Radix tn̄
expulsionis demonum vera crudelitas ē vt
declaratur a christo capitulo eodem. Cū ei
quererent discipuli quare non potuissent ex
pellere illum demonez Christus respondit
propter incredulitatem vestrā. Et si queras
an aliquo modo virtute herbaruz vel armo
nie possint expelli demōes. Respōdetur q̄
ita parua posset esse illa vexatio q̄ penitus
expelleretur quod facerent nō agendo in de
monem cū3 sit sp̄us sepatus sed agendo in
ipsum vexatum a demonio Vexat enī3 dya
bolus secundum dispositionez maiorē vel
minorē melencolicā vel colericā etc. Herbe
aūt et armonie mltuz pnt imutare. dispositi
onē corpis cū quedā inclinēt ad leticiā que
dam ad tristiciā q̄ etiā p3 de armonijs vt
p3. viij. pollitice vbi aristoteles vult q̄ di
uerse armonie hn̄t puocare diuersas passio
nes in homine. hoc etiam refert boetius
in musica sua et auctor de ortu scientiarum
vbi loquens de vtilitate musice dicit q̄
valet ad curandum vel alleuiandum diuer
sas infirmitates et ita pa3 q̄ herbe et armo
nie causare pnt in hoīe dispositionē xtranā
illi vexatōi qua diabul⁹ vexare conat hoīez
Ex quo sequit q̄ ceteris parib⁹ fit vexatō de

bilior nō videtur tñ quō herbe vel armonie pñt in hoīe dispositōez aliquā causare ꝓpt quā hō nullomō vexare possz a demōe si p mitteretur quia dyabolus mouendo soluz localiter vapores et ipsos spūs inordinato motu possent hominem multū vexare. her be aūt vel armonie nullā disposōez causare pñt in hoīe sua naturali virtute p quā ꝓhibe retur demon p̄dictā cōmotōez facere. Contin git tamē qñqz ꝙ dyabolus nō ꝑmittitur ho minē vexare nisi vexatōe ita puā ꝙ p aliquā forte dispositōez ad ꝯtrariū totaliter tollere tur. et tūc alique herbe vel armoīe possēt cor pus hominis ita ad cōtrarium disponere ꝙ illa vexatio totaliter amoueret. v. g. dyabo lus qñqz possz hoīez vexare vexatōe tristicie ita debiliter ꝙ p aliquas herbas vel armo nias q̄ hērent causare dilatationem et diffu sionē spirituū qui sunt mot⁹ ꝯtrarij tristicie totaliter amoueret illa tristicia. ꝙ āt dicit. i. Reg. xvi. ꝙ saul q̄ vexabat a demone alle uiabat qñ dauid cytharā percutiebat corā eo et ꝙ recedebat spūs mal⁹. Dicēdū est ꝙ hū verū est ꝙ per tactū cytbare virtute naturali illi⁹ armonie alleuiabat aliquātulū afflictō saulis inquātū illa armoīa aliqualiter dul corabat appetitū ei⁹ p auditū per quā dul corationē recedebat minim⁹ act⁹ ad illā vexa tionē. Sz ꝙ spūs mal⁹ recederet a saule qñ dauid cytharizabat corā eo hoc erat ꝓpt vi crucis ꝙ satis exp̄sse dicit in glo. vbi dicitur sic erat dauid canticis musice erudit⁹ diuer sorū sonorū ratiōabilis moderatorūqz cōcept⁹ vnitatē essētie significat q̄ varijs mōis quo tidie resonat dauid in cythara sua malignuz spm̄ cōpescunt nō qꝛ tāta esset vis in cythara sed in signo crucis q̄ in ligno et cordarū extē siōe gerebat que iā tūc demones effugabat hec de mēte Richardi in questiōib⁹ de quo libet sine p̄iudicio sentētie melioris. Ex p̄dic tis excludit vn⁹ error in quo istis tēporib⁹ incidūt aliqui exorciste quō ꝯiurāt obsessos a demonib⁹ et illi demoniaci r̄ndēt et dicūt ꝙ sunt hoīes mortui vel viui qui ambulāt ibi et hec est alia species deceptiōis dyabo li qꝛ bene scit dyabolus oēs qui male viuūt et vt ponat eos in desperatiōe et audientes in errore. Dicūt ego sū talis hō vel talis mu lier ꝙ tñ est falsum qꝛ vna substātia existēs vel assistens nō pōt eē in altera nec min⁹ in duob⁹ locis et vt dyabol⁹ celet et coloret suā deceptionē dicit ego sum talis hō et ambu lo in hac pena ꝓpter talia peccata que feci et fingit modū loquēdi ei⁹ et modū ambulan di et ideo faciatis ꝙ dicat ꝓ me tales missē et similia vt exeam ab hac pena et totuz est falsum et deceptio magna. qꝛ si exorcista sa piens et virtuosus cōiurauerit euz recte ipse dicet si est spūs etiā si sibi displiceat qꝛ nūꝙ legim⁹ ꝙ xp̄s vel sancti tales spūs inuene rūt in oībus quos sanauerūt. Sz demones cambiunt et alterutrāt noīa ꝙ citi⁹ pñt face re ꝙ̄ figuras. cōstat aūt ꝙ ipsi laborāt vt al terutrent figuras ad inhonoratiōez et diffa mationē seruorū et creaturaruz dei vt supra dictum est ergo multo fortius et leuius al terutrabunt nomina et decipiuntur simpli ces in hoc ꝙ precipiunt eis ꝙ faciunt dice re missas et facere alia bona. cum multociēs dyabolus suadeat bonū propter malum fi nem sicut supra patuit octaua cōsideratione cum de malicia demonum ageretur. sic hic precipiunt bonum propter malum finez scz vt tales si viuunt desperent et vt alij audien tes in errorem inuoluantur. Nunquid in vi tispatrum sepe legimus ꝙ dyaboli moue bant antiquos senes ꝙ facerent sancta opa O insipientes exorciste nunquid legistis in euangelio. Luce. xi. ꝙ erat ihesus eijciens demonium fortassis inuenistis in euange lijs ꝙ erat ihesus eijciens homines de cor poribus obsessorum nunquid dans doctri nam christus eijciendi demones in fine e uangelij marci dicit. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient non dicit homines eijciēt ab hominibus. Respondeat insipiens exor cista si verum est ꝙ Petrus est in corpore io hannis quis dedit ei talem potestatē ad ex pellendum eum inde quia christus non de dit potestatem nisi ad expellendum demo nes. Errent ergo nimis exorciste cū sua igno rantia credentes dyaboli mendacia et facien tes ꝙ alij simplices credant et ideo digni sunt magna pena apud deum et homines. Sed remanet vna magna difficultas si verū est ꝙ homines mortui non possunt ambu lare in hominibus viuis sicut demones: quō ergo dicūt illi q̄ transportant vl' rapiunt de hoc mūdo ad alterū ꝙ viderūt aliquos hoīes vel mulieres q̄ adhuc viuebāt in p̄n ti vita sustineri graues penas in alio mūdo

Sicut ergo isti sūt hic et illic vt viuant hic et ibi puniant̄ ita nō erit mirū q̄ hoīes viui vł mortui lȝ sint in suis existētijs alibi q̄ ābulārsicut demones in hoīb⁹. Pro solutōe huiusmōi notādū q̄ nulla psona pt videri in duob⁹ locis naturaliter q2 absētia p̄sentie priuat visionē in oī loco ab actione sua. Requirit eñ noticia intuitiua. iiij. scȝ p̄sentiam existentiā causationē et motōeȝ potentie sic notat frāsc⁹ de maronis in plogo sui p̄mi sniaꝝ. q. xvij. Tenēdū ergo est tam q̄ veꝝ q̄ nec āgel⁹ bon⁹ nec mal⁹ nec bō scūs nec mulier scā nec bō puer⁹ nec mulier puersa pnt eē simul in diuersis locis q2 cū gabriel erat cū daniele vel cū zacharia vł cū virgine maria ptūc nō erat in alio loco sic etiā demōes q2 cū azmode⁹ de quo thobie. iij. erat in domo sare nō erat in alio loco ita etiā nec viuētes pnt hic viuere et eē simul in alio mundo q2 ipossibl'e ē q̄ sint p assistētiā hic et ibi. q̄d ḡ ē dicēdū ad ea q̄ dicūt̄ Rn̄det̄ q̄ ē vna cōsideratio talis cū hō viu⁹ trāsit an̄ speculuȝ vł ponit se an̄ cū tūc speculū oñdit imaginē suā nō diminutā in sua assistētia et cū inde amouet̄ nō appet imago in speculo sic hō q̄ viuit et ē in pctō imago ei⁹ pōt appere in sepulchro infernali q̄ı in spcl'o an̄ q̄d est et cū iust⁹ etiā viuit imago sua vel nomē videtur in li. vite et in cōuiuio eternali. q̄d aūt h̄ posset eē pȝ q2 xp̄s dixit d̄ talib⁹ luce. x. Gaudete q2 nōīa vr̄a scripta sūt in celis et sic etiam nōīa maloꝝ scripta sunt in īferno et tñ maioris efficatie sūt nōīa q̄ imagines in speculo nō est ḡ veꝝ q̄ hoīes male viuētes sint in inferno sȝ hn̄ coꝝ nōīa vel figure

¶ q̄ demones nō pn̄t essentiaȝ aīe intrare.

Tercius punctus huius consideratiōnis est an demones possint illabi essentie anime q̄ est animam penetrare vel an possunt malas cogitatōnes immittere. Ad primum dicitur q̄ ista est ppītas solius dei. solus enim qui creauit aīam potest essentie eius illabi ip̄am substantialiter intrare et penetrare. Ideo ecclesia cantat in hymno vsq̄ sol illabitur. et in collecta amorem pectoribus nostris purificandum illabere. Sed nec bonus angelus nec malus illabi potest essentie anime vt intret substantialiter in ip̄am per essentiam penetrando. Sic ergo demones nō pn̄t intrare coꝛ hoīs .i. aīaȝ hoīs per essentiaȝ sed tantū potentiā scȝ per suggestionem quam extra operatur sicut dicitur Osee. vij. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. q̄ āt magister inquirit. viij. distinctione secundi sententiarum an demones substantialiter intrant corpora obsessorum vel ideo dicantur intrare vel exire q2 ibi malicie sue op⁹ exercēt d̄i p̄missiōe vel n̄ exercēt et d̄termiat q̄ n̄ substātialit̄ intrēt corpora hoīm ſ̄ ppter malicie sue officium intrare dicuntur de quibus pellere dicuntur tamen non nocere sinuntur. ſȝ hoc non facit ad ppositū quia ipse et beda ibi loquūtur de corde et patet q̄ ibi coꝛ accipitur per spū rationali. Unde et adducunt illud Dester. v. cur temptauit sathanas cortuum de quo constat q̄ erat obsessus a demone. Sed est difficultas quia aliqui libri habent anama cur impleuit sathanas coꝛ tuum. Si ergo dyabolus implet coꝛ vester q̄ possit anime illabi. Respōdit sanct⁹ Tho. in summa contra gentiles li. iiij. ca. xviij. q̄ cum dyabolus sit creatura non implet aliquid participatione sui nec potest menteȝ inhabitare per suam substantiam sed dicitur aliquos implere per effectum sue malitie Unde et paulus dicit ad quendam actuuȝ. xiij. O plene oīm dolo et omnium fallacia. non est sic de spūsancto qui cum sit deus p suam substātiam menteȝ inhabitat et iplet Tenendū est ergo q̄ demones intrare possunt corpora se non corda. i. non possunt illabi aīabus. Nec obstat q̄ dyabolus rōcinetur et formet verba per os obsessi cuȝ hoc non veniat ex defectu anime sed ex debilitate corporis q̄ sic accidere solet quando spūs immundus sedet in illis partibus seu mēbris in quibus cōtinetur fortificatio anime imponit in eisdem magnam ponderositatē cuiusdaȝ oneris quod sustinere non possūt et sic quasi confringens sensus qui sunt ianue intellectus quadaȝ obscuritate nigra accipit potestateȝ in illis quod sepe contingit ex corruptione vini vel febris vel magni frigoris vel ex alijs debilitantibus quas cognoscimus inuenire ab extrinseco et ne dyabolus hoc probaret in Job. quādo habuit ad deo potestatem super carnē suā fuit ei inhibitio posita a deo p hec verba. ecce in manu tua ē verūtñ aīam illius serua Job. ij. q̄si diceret sibi de⁹ solo mō obserua quod nō amoueas ei intellectū debilitādo memoriā

anime ipsius opprimendo eius intellectum
et sapientiam cordis eius suffocãdo eiꝰ pri
cipalem habitationem oneris in competen
ti licet ergo diabolus immisceat se carni. nõ
tamen potest anime misceri sic ꝙ ipsam pe/
netret cum hoc sit solius deitatis vt dictum
est Hec enim sola potestatem habet penetrã
do naturam anime taliter ꝙ nõ solum eam
apprehendit et vndiqꝫ eam circuit sed ipsaꝫ
sic penetrat ꝙ intimior est aĩe q̃ anima sibi
ipsi. Circa secundum vero an scꝫ demones
possint imittere malas cogitationes et vide
tur ꝙ sic quia dyabolus misit in cor iude vt
traderet dñm Joha. xiij. In contrarium est
Beda qui super illud euangelij Math. xv.
De corde exeunt male cogitatõnes furta ho
micidia etc̃. dicit ꝙ dyabolus non est imis/
sor malarum cogitationum sed incẽsor. Di
cendum ergo ꝙ diabolus potest dici immis
sor cogitationum vno modo per hoc scꝫ ꝙ
imagines rerum sensibilium delectantium
inprimit instrumento imaginationis quia
data est ei potestas vt misceat seipsum sensi/
bili et immutet ipm. quandoqꝫ sicut permit
titur immiscere imaginibus rerum delecta/
bilium et sic immittit cogitationes de rebus
delectabilibus sicut aliquis ponens añ me
speculum immittit mihi visum rei que resul
tat in speculo. Scit enim dyabolus ꝙ dele/
ctabile app̃hensũ mouet et ideo imittit app̃
hensionem rei delectabilis vt apprehensio
rei delectabilis moueat hominem ad cõcu/
piscendum rem delectabilem et sic potest di
cere immittere cogitatiõꝫ sed non potest im
mittere cogitationem malam que sit pecca/
tum que est mala voluntas. ¶ Et ideo bene
dicit beda ꝙ dyabolus nõ est immissor ma
larum cogitationum idest malarum volun
tatum quia non eas immittit proprie nisi ꝑ
actionem vel causam voluntariam et sic ap
prehensio delectabilis generat malam vo/
luntatem non tanq̃ causa necessaria sed tã/
q̃ occasio. immittit ergo dyabolus cogita/
tionem mali per modum consulentis sicut
angelus bonus immittit cogitationem bo/
ni et talis immissio proprie dicit suggestio.

¶ Quo fine debet terminari bellum demo
num.

DUodecima ac vltima consideratio
ne oportet iam fineꝫ ponere huic li
bro que tribus passibus mensura/
bitur. ¶ Primus erit de causa quare demo
nes sunt in mundo. ¶ Secundus de cessa/
tione sui belli et principatus. ¶ Tercius de
eorum perpetua reclusione et punitione in
inferno.

¶ Quare demones sunt in mundo.

PRimꝰ passus est scire quare demo/
nes sunt in mundo. Ad quod bre/
uiter respondetur ꝙ causa quare de
mones sunt in mundo est propter exercitiuꝫ
bonorum et propter decorem vniuersi: con/
sistit enim decor vniuersi in quadam diffor
mitate rerum vt patet in sole luna et stellis
patet etiam in deformitate elementoruꝫ vo
latilium. piscium. serpentum. brutoruꝫ et fa
cierum hominum. patet etiam in diuersita/
te temporum et lucis ac tenebrarum: ¶ Si/
milis questio fieri potest quare mali homi/
nes sunt in mundo cum tantum noceant bo
nis et patet causa quia omnis malus secun
duꝫ Augustinum vel ideo viuit vt corrigat
vel vt per eum bonus exerceatur In quo de
cus relucet vniuersi. Unde ad propositum
augu. in. xi. de ciuitate dei capitulo decimo
octauo. dicit ꝙ deus non crearet vllum an/
gelorum vel hominum quem malum esse
futurum presciuisset nisi pariter nosset quibꝰ
eos bonorum vsibus commodaret atqꝫ ita
ordinem seculorum quasi pulcherimum car
men ex quibusdam quasi antitetis honesta
ret: ¶ Et si queratur quid vocat augustinus
antiteta dicitur ꝙ sunt quedam locutionis
ornamenta que fiunt per contraria sicut lo/
quitur apostolus. ij. Corinthi. vi. per glo/
riam et ignobilitatem per infamiam et bo/
nam famam. ¶ Unde sicut in talibus vari
etatibus apparet decor, ita in vniuerso de/
cor boni magis refulget ex ista punitõne ma
li et bonitas angelorum ex malicia demo/
num.

¶ De cessatione principatus et belli demo/
num contra genus humanum.

[S]ecundus passus est de cessatõe belli demonum contra genus humanum. Cum enim fuerit complet⁹ numerus electorum et vniuersum suum cõpletum habuerit decorez cessabit in finali iudicio cessabit omnis presidentia et principat⁹ demonum sicq̃ non remanebit nisi principatus eternus ihesu xpi domini nostri. Vñ dicitur .i. Cor. xv. cum euacuauerit omnem principatum et potestatẽ et virtutem oportz autem illum regnare donec ponat omẽs inimicos sub pedibus eius sup quo dicit glo. dum durat mundus angeli angelis presunt demones demonibus homines hominib⁹ ad vtilitatem viuentium vel deceptionem s; omnibus colectis iam omnis prelatio cessabit quia necessaria non erit. Hanc autem plationem dicitur xps euacuare q̃ suos oms exaltabit in regno qui hic fuerunt humiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatũ dicit maiores. potestatem minores. Virtutem dicit illos qui mirabilia faciunt vel fortes homines. sed tũc cessabit omnis creature prelatio in angelis et hominib⁹. cessabit timor regnabit charitas. non erit inter presidentes et subditos vlla dissensio. Oportet autem illum .i. xpm regnare. tunc scz aperte interim autez regnat occulte donec ponat inimicos suos scz demones et dapnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedibus eius .i. sub plena subiectione vt ipsum hominem deum et regem omniũ agnoscant. Et est sensus interim oportet regnum eius manifestari donec eum regnare fateantur omnes inimici eius. tunc enim impij cũ regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. nec est intelligendum q̃ tũc xps desinet regnare. quia li donec non facit exclusionem futuri regni. sicut Math. i. dicitur de ioseph et maria q̃ nõ cognoscebat eã donec peperit filium suum primogenitum. Et si queras quomõ ergo angeli manebũt euacuato principatu: dic q̃ manebunt ordines angelorum distincti q̃tum ad eminentiam glorie secunduz hierarchias et ordines et sic etiam demones manebunt distincti q̃tum ad magnitudinem pene secundum hierarchias et ordines vnde ceciderunt.

¶ De reclusione perpetua demonum in inferno.

[T]ercius passus et vltimus est de reclusione perpetua demonũ in inferno Vnde cessante bello demonum in facie iudicis magni domini nrĩ ihesu xpi audient demones vnacuz dãnatis illaz terribilem sententiã Mat. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et sequitur: ibunt hi in supplicium eternuz. Super quo verbo dicit glo. frustra ergo. Orige. spondet liberationem post multos annos malis hominibus et ipsis demonibus. dixerat enim Origenes q̃ post hanc sententiam ite maledicti in ignem eternum post multos dies .i. post mille annos visitandi et liberandi sunt sed hec ecclesia non recipit: dictum est enim ibũt impij in supplicium eternum. quod autem eternũ est omni fine caret. Et sicut gaudium eternum ita et suppliciũ. hec ex laterali glo. sup illud ysa. xxiiij. Et cõgregabunt in cõgregationem vni⁹ fascis in lacũ et claudent ibi in carcere nun q̃ ergo liberabunt sed in momento in ictu oculi dabit executiõi sñia xpi Sic ergo subito data sñia demones cũ cõdemnatis detrudent ppetuo ignibus infernalibus. Vñ apo. xviij. Hoc impetu mittet babylon et vltra iã nõ inuenie. Et iterũ apo. xx. diabol⁹ q̃ seducebat eos miss⁹ ẽ i stagnũ ignis et sulphuris vbi et bestia et pseudo ppheta cruciabunt die ac nocte in secl'a seculoz Et sic demões cũ dãnatis ibũt in ignẽ eternũ sic angeli boni cũ electis ibũt cũ xpo rege seculoz in vitã eternã quã nobis pcedat iudex ille suprm⁹ ver⁹ de⁹ et hõ ihs xps saluator nr alpha et o principiũ et finis q̃ dedit mihi pauperculo et inutili seruo suo pñtem librũ principiare et finire. Tibi ergo ihesu dulcissime q̃ dedisti noticiã fidei ill⁹ quos traditurus an mũdi initiũ nostri. Tibi cui⁹ magnitudo incõprehẽsibilis cui⁹ glia i extimabilis cui⁹ iussio fortis cui⁹ dispositio iusta. cui⁹ iudicia vera cui⁹ clementia sup oĩa opa tua extenta: Tibi quẽ nemo nisi corde attigit purgat⁹ quẽ nullus nisi opib⁹ inuenit pbat⁹ cui null⁹ adest nisi mẽte et corpore cast⁹. Tibi q̃ es cecoruz oculus infirmantiũ verissima sal⁹ pes claudoz. lingua mutorũ. fortitudo oim seculoz Tibi qui es vite via salutis vita. et omniuz te postulantium inuictissima dextera. Tibi qui es diuicie pauperum consolatio tribulãtiũ. erector humiliuz et destructor extollẽtiũ:

Tibi a quo incrementum accepit iustus. sanctificatur perfect⁹ et coronatur in bono opere consumatus. Tibi qui odis iniquos dãnas iniustos. deijcis elatos. et cõfundis superbos. Tibi qui das penitentibus veniã peccato mortuis vitam nec abnegas te rogantibus misericordiam consuetã. Tibi q̃ peccatores non despicis sed delicta condẽnas non odis peccãtes sed peccata detestas non hominem sed scelera insectando consũmis et non creaturam sed culpam extirpas: Tibi cuius iusticiam iniquitas nostra commendat scelera nostra te iustũ affirmant qz vnde iustus es inde iniustos odis. Vnde sanctus es. inde peccantes punis. Unde verus es. inde mendaces condemnas. et vnde mitis es. inde superbos detestas. Tibi qui ab initio creaturam singulari misericordia foues potentiali virtute regis ineffabili consilio vel potestate disponis. Tibi qui contritorum non despicis preces nec deprecantiũ te puro corde spernis clamores. Tibi q̃ frigidas mentes igni tui amoris incendis et initium boni operis plerũq3 nobis nescientibus quibusdam occasionibus formas. Tibi a quo initium est virtutum et augmẽtum ac perficiatur inchoatum. Tibi bone iheſu qui es turris fortitudinis a facie inimici sit honor et gloria bñdictio et gratiarũ actio sine fine Amen.

¶ Anno incarnatõis dñice. M. cccc. lxxvij. die. xxij. mensis maij.

